

- sequentem diem, in hymno *Iste Confessor &c.* nulla sit mutatio versiculi, sed dicitur *Meruit beatas*; Dummodo primæ vesperæ non sint impeditæ; Sac. Rit. Cong. 13. *Januarii* 1683. Translato autem festo S. Confessoris ultra sequentem diem, in hymno *Iste Confessor* facienda est mutatio versiculi dicendo *Meruit supremos*: Sac. Rit. Cong. 14. *Junii* 1692.
- 15 Officium Nominis B. M. V. occurrens in festo Exaltationis S. Crucis, vel in alio altioris ritus, aut Dignitatis transferatur, non vero omittatur; Sac. Rit. Congr. 20. *Julii* 1686.
- 16 Si in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum occurrerit Dominica, vel alicubi festum de præcepto diei Dominico æquale; officium cum Missa defunctorum transferatur in sequentem diem etiam festo duplici impeditam; Sac. Rit. Congr. 5. *Octobris* 1688.
- 17 Festa duplicia, & semiduplicia translata præferenda sunt officii semel in hebdomada concessis, ita ut festum duplex, seu semiduplex etiam translatum, nec non dies Octavæ sit dies impeditus respectu talium officiorum; Sac. Congr. Rit. 8. *Februarii* 1699. & 20. *Martii* 1706. Vide *verb.* Resolutiones Sacrarum Congregationum tom. 10. ubi affertur decretum ad literam.
- 18 Officia Sanctorum, quæ alicubi supersunt de mense Decembri alias transferri poterant in annum sequentem ex decreto S. R. C. 7. *Decemb.* 1630. nunc id vetitum est decreto ejusdem Sac. Rit. Cong. die 26. *Novemb.* 2735. & 8. *Martii* 1738. Vide dict. *verb.* Resolutiones Sacrarum Congregationum tom. 10. ubi affertur decretum ad literam.
- 19 Officium Semiduplex in Dominica infra Octavam non privilegiatam occurrens tantum habet juris in feria secunda immediate sequenti non impedita, ut non cedat duplici primæ classis translato; Sac. Rit. Cong. 16. *Septembris* 1702.
- 20 Pluribus festis ejusdem ritus translatis officium de primo translato recitandum est, etiamsi ultimo translatum posset in diem immediate sequentem transferri, non obstante quocumque alio decreto in contrarium. Semiduplex tamen occurrens in Dominica infra Octavam non privilegiatam celebrandum est ante quodcumque prius translatum etiam 1. classis feria 2, immediate sequenti, alio festo occurrente non impedita; S. Cong. 16. *Sept.* 1702.
- 21 Alia ad rem. Vide *verb.* Festum Octavæ, *verb.* Officium Divinum, *verb.* Resolutiones Sacrarum Congregationum tom. 10. Rubr. *De Translatione Festorum.*
- 22 Monialis translata ad aliud monasterium, nisi aliud disponat Sacra Congregatio, relinquit dotem primo, solvitque novam secundo; Sic pluries decrevit Sac. Episcoporum. Cong. Vide *verb.* Monialis art. 2. n. 50. ubi dantur decreta.
- 23 An Monialis translata, vel Regularis translatus possit secum deferre ad Monasterium ad quod, vel debeat relinquere Monasterio à quo bona quæ habet; Vid. d. *verb.* Monialis art. 2. num. 51. & *verb.* Affiliatio Religiosorum.
- 24 Quoad ea, quæ concernunt translationem Episcopi de una ad aliam Ecclesiam; Vide *verb.* Episcopus art. 3. à num. 40. ad 66.
- 25 Quoad ea, quæ concernunt translationem Conventuum; Vide *verb.* Conventus art. 1. num. 11. & 12.
- 26 Quoad ea, quæ concernunt translationem Imaginum, & Reliquiarum; Vide *verb.* Imagines, & *verb.* Veneratio Sanctorum.

TREBELLIANICA.

Vide *verb.* Falcidia à num. 4.

TREUGA.

SUMARIUM.

- 1 **T**REUGA quid sit.
- 2 Treugæ in Jure civili alio nomine vocantur Induciæ, vulgo Armistitium.
- 3 Pax quid sit.
- 4 Treuga est duplex, scilicet conventionalis, & canonica, seu legalis.
- 5 Treuga conventionalis quæ sit.
- 6 Treuga canonica, seu legalis quæ sit.
- 7 Treugæ canonicæ quibus diebus sint servandæ.
- 8 Quæ pænæ sint statutz contra eas violantes.
- 9 Quæ personæ gaudeant treuga, seu securitate perpetua.
- 10 Supradicti duo canones de treuga non sunt usu recepti nes proinde hodie tenent.
- 11 An, & quando, & quibus de causis inita pax, & treuga cum hostibus frangi possit, eisque bellum indici, vel non remissive.

TREUGA est securitas personis, & rebus ad tempus præstita bella, vel discordia, seu lite nondum finita; Sic in re Communis; Unde treugæ in jure civili vocantur alio nomine Induciæ (vulgo Armistitium) quia treuga proprie dicta nihil aliud est, quam Induciæ belli, cum scilicet inter hostes ad breve tempus convenit, ne se invicem armis lacessant, textu expresso in leg. Postliminium 19. §. 1. ff. de captivis, & postliminio reversis, ibi: „Induciæ sunt, cum in breve, & in præsens tempus convenit, nec invicem se lacessant. Pax autem ad differentiam treugæ est totalis, & perpetuæ discordiæ, seu litis, aut belli redemptio voluntarie inter litigantes facta: non enim pax quæritur, ut bellum excitetur, sed bellum geritur, ut pax acquiratur; cap. Noli 3. caus. 23. quest. 1.

Treuga est duplex, scilicet conventionalis, & canonica, seu legalis. Sic glossa communiter recepta in cap. Treugas 1. *verb.* Frangere, de treuga, & pace.

Treuga conventionalis est illa, quæ ex libera litigantium voluntate initur, & ex conventionem formam, & modum recipit, sicuti quilibet alius contractus; leg. Depositum 1. §. 6. ff. Depositi, cap. Contractus 84. de Regulis Juris in 6. Unde hæ treugæ, seu Induciæ conventionales inter gentium Jura numerantur; cap. Jus gentium 7. dist. 1. Omnium enim gentium usu, & consensu secundum naturalem æquitatem constitutum est, ut etiam hosti fides data servanda sit, cap. Noli 3. caus. 23. quest. 1. Dummodo is quoque ex sua parte fidem servet; cap. Pervenit 3. de Jurejurando: cap. 2. caus. 28. quest. 2. (Ad ea in præced. num. relata ubi de contractibus omnibus tractantur, perscrutamini.)

Treuga canonica, seu legalis est illa, quæ per canonem, seu legem constituta est, de qua mentio in c. Treugas 1. & c. Innovamus 2. de Treuga, & Pace. Unde in cit. cap. Treugas assignantur dies, in quibus servandæ sunt treugæ præcisus his verbis: „Treugas à quarta feria post occasum solis usque ad secundam feriam in ortu solis, ab adventu Domini usque ad Octavas Paschæ ab omnibus inviolabiliter observari præcipimus.“ (Vide *verb.* Festa in add. novis.) Et insuper statuuntur gravissimæ pænæ contra violantes: ibi: Si quis autem treugas frangere præsumserit, post tertiam admonitionem (si non satisfecerit) suus Episcopus sententiam excommunicationis dicet in eum, & scritam vicinis Episcopis annuntiet, quorum nullus excommunicatum in communionem recipiat, Immo

»immo scritam sententiam quisque confirmet.

9 Et in cit. cap. Innovamus 2. de treuga assignantur personæ, quæ gaudent treuga, seu securitate perpetua, itaut belli Duces & milites eos molestare non possint, *ibi*: »Innovamus, ut Presbyteri, Monachi, »Conversi, Peregrini, Rustici euntes, vel redeuntes, »vel in agricultura existentes, & animalia, quibus »arant, & semina portant ad agrum, congrua securitate lætentur.«

10 At vero isti duo canones non usu recepti, nec proinde hodie tenent, ut notant Glossa in c. cap. Treugas verb. Frangere:: Abbas, Innocent. & alii Expositores communiter.

11 An autem, & quando, & quibus de causis inita pax, & treuga cum hostibus frangi possit, eique bellum indici, vel non? Vide verb. Bellum per tot. ubi cuncta, quæ bellum concernunt in quinque distinctis articulis fuse discutuntur.

(Indicere bellum, treugas signare, pacemque constituere regio diademati inhære, per leg. 2. tit. 1. part. 2. declaratur; omnia, quæ ab Autore explicantur, fere nostris decisionibus nituntur, præter ea verb. Bellum, insinuata, conducit hic adnotare quid nostra corpora legislativa super præsentis materia indicant; in primis regnoscatur tit. 12. p. 7. Quatuor leges amplectitur: in proæmio cum leg. 1. de treugis seu securitatibus tractatur: quid sint, & quod discrimen inter treugam, & securitatem, proponitur: nam illa inter nobiles, dum duellum committunt, (De his actionibus tit. 3. & 4. p. 7. vid. sup. verb. Bellum, pag. 128. col. 2. in add. nov.) locum habet, ista in ceteris vassallis: sed in utraque magna utilitas agnoscitur, nam quælibet offensio, quamdiu tempus præfixum non elabatur, amandatur: nihil est innovandum, suntque pactiones adimplendæ; leg. 2. tres earum species designat, inter Reges facta primam sedem tenet, atque ab omnibus subditis observari debet, illico ac in suam notitiam pervenerit: numeratur secundo fœdus inter privatos conventum, si factio aut seditio inter eosdem oriatur: ultima equidem, dum unus alteri securitatem concedit, quæ ab omnibus utriusque familiaribus est custodienda: si discordia in ejus concessione (de duabus proximis loquitur) obvenerit, à iudicibus ad eam sunt compellendi, atque eandem omnes inimicitiam habentes adimplere tenentur; (circa hanc materiam, ejusque intelligentiam, posteaquam leg. 6. vid. lit. M. pag. 10. col. 2. in nov. recognoveris, perlegere non omittas addition. hisp. lit. A. pag. 26. lit. C. pag. 156. lit. I. pag. 153. lit. L. pag. 269. & pag. 291 & verb. Vis, vers. Attamen:: conducunt quæ lit. A. pag. 260. col. 2. & lit. E. pag. 222. in nov. sunt præventa) Lex 3. de poenis agitur in harum conventionum contraventores; leg. 4. de pace loquitur, quid sit, & quibus modis fiat: finis discordiæ definitur. Leg. 1. tit. 9. lib. 8. Recop. Cast., mi videtur, à disposito in leg. 2. jam sup. citat. non discrepare, æqualibiterque leg. 1. tit. 8. lib. 4. Ord. Reg. procedere.

Titulus 9. lib. 8. Auct. Acc. Recop. Cast. ne despiciatur, ut pote in eo recensentur pacis publicationes inter Regem Catholicum, Christianissimum, Anglicanum, Bætavensemque Potentiam, ann. 1598, 1604, & 1648. atque etiam bellicum Anglicanis Dominiis ann. 1739; methodus in primo Auct. Acc. easdem publicandi præscribitur: fit mentio in Auct. Acc. 1. tit. 10. lib. 7. ejusd. Recop. de pace inter Britannos, & Batavenses anno 1667. cum nostro Catholico Principe inita: quæ omnia demonstrant quam naturale esse superioritatem in temporalibus non recognoscentibus, bella indicere, treugas pacisci, pacemque firmare. Vid. lit. R. pag. 124. in add. nov. Ad rem Auct. Acc. 22. *ibi*: Tratados de paz:: Num. 6. Remis. tit. 4. lib. 2. Recop. Cast. Titul. 8. lib. 8. Ord. Reg.)

TRIBUTUM.

Vide verb. Gabella.

TRIDENTINI CONCILII DECRETA.

* TRIDENTINI Concilii decreta enunciantur, & impleri jubentur circa Jurisdictionem Episcoporum in omnes animarum curam gerentes, & in ecclesias, quibus adnexa est hujusmodi cura. Benedictus XIV. t. 2. const. 1. incip. Quamvis:: & constit. 33. incip. Inter multa:: Item super electione dignioris inter approbatos ad animarum curam. Idem constit. 4. incip. Reddita Nobis::

Item super jurisdictione Episcoporum in Regularis extra claustra degentes. Idem constit. 7. incip. Pontificia Commendatione:: Item super Ordinationibus Regularium, & super abolitione privilegiorum recipiendi Ordines à quocumque vel extra tempora. Idem const. 27. incip. Impositæ Nobis:: Item de non recipiendis Regularium recursibus adversus professionis validitatem post elapsam à die professionis quinquennium; vel si reclamantes extra claustra degunt, aut habitum dimiserint. Et de forma servanda in hujusmodi judiciis. Idem constit. 47. incip. Si datam:: Vide supra ad verb. Professio Regularis:: Idem de Confessariis Extraordinariis bis, aut ter in anno exhibendis Religiosarum mulierum Communitatibus. Idem constit. incip. Pastoralis Curæ::


Item de abstinence Clericorum à luxu, conviviis, choreis, aleis. Idem const. 45. incip. Inter cetera:: Item de coercendis iis, qui mulieres cogunt ad ingrediendam Religionem. Idem constit. 47. inc. Si datam:: Item super facultatibus Episcoporum circa ea, quæ observari debeant, aut evitari in celebratione missæ. Item constit. incip. Accepimus:: Item super residentia Episcoporum, & super eorum absentia causis. Idem const. 18. incip. Ad universæ.

Item de non ordinandis sine causa Episcopis Titularibus, & de his, quæ hujusmodi Episcopis permittuntur. Idem constit. 36. incip. Cum à nobis:: Item de reservatione causarum criminalium iudicio Episcopi, seu Ordinarii, exclusis Archidiaconis, Decanis, aliisque inferioribus. Idem constit. 40. inc. Causarum:: *

TRISAGIUM.

TRISAGIUM, quo tres Personæ Divinæ laudantur his verbis; Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus & Immortalis, miserere nostri, è Cælo adductum est, cum puer è terra elevatus Constantinopoli, & in cælum raptus per unam horam descendit, postea illum recitans.

Cum enim Orbis pene universus ita horribili, & longo terræmotu quateretur anno 446. & in sola Constantinopolitana urbe subversa fuerint omnia magnificentiora ædificia, & quingentæ ac septem turres, ut ex Marcellino refert Bernius tom. 1. Histor. omnium hæresum cas. 9. de gestis tempore Felicis III. afferens quæ scribit Nicephorus lib. 14. cap. 46. nempe: »Theodosius imperabat, & terræmotus magnus, & »admirandus extitit, qui priores omnes magnitudine, »celeritate, & temporis diurnitate facile superavit, »& non ex intervallo, sed motu continuo omnia concussit, idque per Orbem fere universum;« Hac de causa, ne vivi sepelirentur, antequam interirent, Imperator Theodosius cum suis Magnatibus, Procul Episcopus cum suo Clero, Civesque omnes extra Urbem se receperunt, & brachiis extensis ad cælum versus, ut scribit Nicephorus l. c. »obtestabantur Deum, ut propitius eis esset, & ab imminente calamitate Orbem



- 4 „beraret:“ Tuncque Infantulus toto populo spectante in coelum per unam horam raptus est, indeque reversus nuntiavit Episcopo, ac Imperatori, aliisque ibi existentibus audisse Angelos ante Thronum Dei hoc Divinum canentes Trisagium: *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus & Immortalis, miserere nobis*, si-bique mandatum fuisse, ut eam laudationem populo indicaret: Quæ ubi Proclus intellexit, subjunxit Nicephorus *l. c.* „statim ad eum modum psallere jussit, & terræmotus statim etiam constitit, omninoque quievit“ & ut scribit Felix III. Summus Pontifex *Epist. 3.*
- 6 Quam laudationem ubi populi incœperant, civitatem receperunt, Deoque per hujusmodi laudem propitio facto, ab imminente periculo ita sunt liberati, & exinde, ut prosequitur *l. c. Nicephorus*, „Imperator Theodosius, & Pulcheria tanto miraculo percussi constitutione Imperiali confestim, ut per Orbem omnem hymnis divinus iste concineretur, decreverunt, & ex eo tempore Ecclesia Christi eum acceptum, non quolibet tantum die usurpet, sed etiam cujuslibet carminis, & laudis Dei initio ante omnia pleno ore præmittit.“

TUTELA, TUTOR, CURA, CURATOR.

SUMMARIUM.

- 1 **T**UTELA, & tutores quid sint: divisio eorum: tutela quando firmatur, & cura incipiat: quid si per statutum municipale, seu Principis sit minor ætas taxata: venia ejus impetrata, ad num. 12.
- 13 Quis curator sit: in quo iste, & tutor differant: an hic in prosecutione curatela possit compelli: quid in pupillo: tutor dativus quando cesset, & utrum in eodem casu Testamentarius, ad num. 21.
- 22 Pro tutore dando judici jurisdictio debet adesse: quis competens: etiam de curatore dando agitur: quæ facultas parentibus, matribus, judicibus, patronis in eis dandis insit, ad num. 39.
- 40 Pater quos comprehendat in tutelæ datione: si filii, an posthumos, nepotes & comprehendat, quæ ætas in tutores requiratur: filiusfamilias poterit tutor esse: quid in servo: Episcopi, Monachi & Clerici an possint, ad num. 56.
- 57 Creditores & debitores quando poterunt: civis alterius civitatis, mutus, surdus, furiosus, prodigus, foemina & an possint: tutela legitima cui competat, & qui sunt primo admittendi, ad n. 84.
- 85 Judicis auctoritate inventarium conficere tenentur: an præcedere debeat administrationem: si ejus fiat remissio quæ observanda: quibus curatores dandi, ad num. 104.
- 105 Curatores, & curatores regulariter satisfaciant: quæ exceptiones: qualis diligentia in administratione est adhibenda: quæ eisdem ob eandem rationem incumbunt: salarium an omnibus concedatur: circa hoc quæ observantia: sine auctoritate prædictorum pupilli & minores contrahere si possint, proponitur, ad num. 116.
- 117 Additiones inseruntur, ad num. 123.

1 **T**UTELA est vis, ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem suam sponte se defendere nequit, Jure civili data ac permissa; Sic textus expressus in *leg. Tutela 1. ff. de tutelis, & in §. Est autem Tutela 1. Inst. de tutelis.*

2 Tutores autem sunt, qui eam vim, ac potestatem habent, exque re ipsa nomen acceperunt; Itaque appellantur tutores, quasi tutores, atque defensores; sicuti æditui dicuntur, qui ædes tuentur; Sic textus expressus in *cit. l. Tutela §. 1. & in §. Tutores autem sunt 2. Institut. de tutelis.*

3 Tutela dividitur potissimum in testamentariam, legitimam, & dativam; Sic Communis Doctorum. Tutela testamentaria est, quæ constituitur à parentibus in testamento, vel in codicillis testamento confirmatis,

liberis suis impuberibus in sua potestate existentibus; §. Permissum est 3. *Instit. de Tutelis, l. Lege duodecim 1. ff. de testamentar. tutela, leg. Testamento 3. ff. eod. Tutela legitima est, quæ à lege inducitur in favorem pupillorum, non extantibus tutoribus testamentariis; Quando etenim non adsunt tutores ex testamento relicti, adsunt tamen consanguinei, tunc Jure statutum est, ut qui proximior consanguineus est pupillo, ille fit illius tutor legitimus; leg. Legitimæ tutelæ 1. ff. de legitimis tutoribus, leg. Intestato 6. leg. Si plures 9. ff. eod. & concordat *Instit. de legitima Agnatorum tutela, & §. Cum autem 7. Instit. de capitis diminutione.* Tutela Dativa est actus legitimus, per quem non extantibus testamentariis, neque legitimis tutoribus, ad petitionem matris, vel aliorum proximiorum consanguineorum ejusdem pupilli datur eidem tutor à Judice, vel Magistratu; leg. Dativus 7. ff. *Rem pupilli salvam fore, leg. Generaliter 52. Cod. de Episcop. & Clericis, leg. Nemo 5. Cod. de legitima tutela, leg. Sive Proconsul 1. cum similibus ff. de tutorib. & curatorib. datis, leg. Matris 1. ff. Qui petant tutores, cum similibus.**

Unde juxta dictam tutelæ divisionem tutores alii sunt testamentarii, alii legitimi, & alii dativi, arg. *citatis Juribus, cum similibus.*

Tutela finitur, postquam impuberes consecuti sunt pubertatem; seu pupilli, & pupillæ remanent sub tutela, donec impuberes existunt. Facti autem puberes à Tutela liberantur, textu expr. in *Instit. Quibus modis tutela finitur in principio, ibi: Pupilli, pupillæque, cum puberes esse cœperint, à tutela liberantur.* Et concordat, *leg. Nisi 4. in princip. ff. de tutela, & rationib. distrahend. leg. Si Curatores 1. Cod. quando tutores, & curatores esse designant, cum similibus, Rota part. 4. recent. tom. 1. decis. 588. n. 6. p. 15. decis. 155. num. 1. decis. 377. num. 43.*

Pubertas autem habetur in masculis anno 14. completo, & 12. in foeminis, textu expresso in *cit. Inst. Quibus modis tutela finitur in princip. ibi: Pubertatem in masculis post decimum quartum annum completum illico initium accipere disposuimus, antiquitatis normam in foeminis bene positam in suo ordine relinquentes, ut post duodecim annos completos viripotentes esse credantur.* Et concordant *leg. A qua ætate 5. ff. Qui testamenta facere possunt, leg. Moribus 2. ff. de vulgari, & pupillari subsist. leg. Indecoram 3. Cod. Quando tutores, & curatores esse desinant. Rota p. 4. recent. tom. 1. decis. 588. n. 5. p. 155. num. 9.*

Tutela finita, incipit cura, seu curatio, aut curatela, quæ de Jure communi Cæsareo durat usque ad annos 25. completos, tam in masculis, quam in foeminis, textu expresso in *Instit. de curatoribus in principio, ibi: Masculi quidem puberes, & foemina viripotentes usque ad vigesimum quintum annum completum curatores accipiunt, quia licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt, ut sua negotia tueri non possunt.* *leg. Hoc Edictum 1. ff. de minoribus §. 2. & 3. ibi: Apparet minoribus annis viginti quinque eam opem polliceri, nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat. Et ideo hodie in hanc usque ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei suæ administratio eis committi debet, quamvis bene rem suam gerentibus.*

Dicitur autem notanter *De Jure Communi Cæsareo*, quia, si per municipale statutum, seu principis alicujus supremi sit taxata minor ætas, v. g. ad annum vigesimum in masculis, & ad annum decimum octavum in foeminis, tunc eo elapso minor liberatur à cura, ut tradunt communiter Doctores. Sicuti etiam finitur cura ante dictum tempus, si minor veniam ætatis à Principe impetraverit, textu expr. in *leg. Omnes adolescentes 2. Cod. de his, qui veniam ætatis impetraverint.*

(Ad res suas gerendas veniam minoribus (vid. n. 15. infra) concedere, esse ex Regalibus, nullus ambigit: licet ulla dispositio, aperte hoc demonstrans, haud inveniretur, summo nititur fundamento, eo quod superior-

riorem non recognoscentibus (inter alia vid. *lit. D. pag. 79. & verb. Lex, in add. nov.*) naturaliter inest, antiquas leges abrogare, novas condere, utraque declarare, interpretari, ac dispensare; Rex catholicus in suis ditionibus, tamquam nullum superiorem in temporalibus recognoscens (Dei Vicarius *juxta proæmium, leg. 1. 5. 6. & 7. tit. 1. 3. tit. 2. 3. 4. 5. & 9. tit. 5. 1. tit. 10. 6. 13. 14. & 15. tit. 13. 26. tit. 14.* ac denique *leg. 1. tit. 15. p. 2.* cognominatur) per legum promulgationem præsertim *tit. 16. part. 6. & tit. 7. lib. 3. For. Reg. contentarum* decernit, sub tutela, & cura minores annorum XXV. esse detinendos, ut à personis designatis illi, bonaque sua regantur, & custodiantur, usquequo per se, anno ætatis suæ vigesimo quinto adimpleto, id efficere possint; jam patet, à nullo alio præterquam à Legislatore ejusmodi habilitationem seu veniam concedendam, ut pote soli eidem derogatio sive legum dispensatio competit: nihilominus omnia sic decreta ad unguem observare teneantur subditi, violatio aliqua fuit animadversa, ideo per *Auct. Acc. 1. cap. 44. tit. 6. lib. 3. Recop. Cast. imperatum* existit, Correctoribus, Proprætoribus lingua hispanica *Alcaldes Mayores &c.* nullam esse potestatem, minoribus hanc habilitationem, scilicet ad res suas administrandas concedendi; sequenti ætate, cum parum observantiæ retinerent prædictæ decisiones, & permultæ habilitationes (re ipsa idem sunt ac veniæ) per eosdem judices concederentur, per *Auct. Acc. 26. tit. 5. lib. 3. Recop. Cast.*, postquam de regalibus veniæ concessionem esse declaratur, & nemini legum dispensationem competere, bonorum administrationem minoribus concedere, sub officii privatione inferioribus prohibitum advertitur, insuper præcipiendo, concessis uti imposterum non debere, & ad supremum Castellæ Senatam, cujus est harum concessionum privativa facultas, esse recursum ineundum: Ad rem vid. *Auct. Acc. 34. tit. 19. lib. 2. Recop. Cast.* Neque officit *legis 14. tit. 1. lib. 5. ejusd. Recop.* declaratio, immo adauget assertum in quantum præscribit, absque necessitatis venia minores, duo de viginti annis jam inceptos habentes, si in matrimonium se collocaverint, omnia bona sua per se administrare posse, resque familiares uxoris, si minor extiterit vid. *inf.*)

Curator vero is est, qui præpositus est alicui, quique potestatem habet administrandi bona ejus, qui vel ob ætatem, vel ob mentis, corporisque vitium suis rebus superesse non potest; Ita in *re Communis*, per claros textus in §. Sed & mente captis 4. *Instit. de curatoribus, leg. His, qui 12. ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab eis &c. leg. Sed & aliis 12. ff. de curatoribus furioso, & aliis.*

Tutores, & curatores differunt inter se. Primo quia tutores dantur principaliter personæ, secundario rebus, ut patet per jura adducta supra num. 1. & 2. juncta *leg. Quia personæ 14. ff. de testamentaria tutela, & §. Certæ autem, Instit. Qui testamento tu-*

tores dari. Curatores autem vel rebus tantum, vel principaliter rebus, & non nisi secundario personæ saltem regulariter loquendo, per text. in *leg. In copulandis 8. Cod. de nuptiis, ibi: »Nec curatoris, qui »solam rei familiaris sustinet administrationem«* Marrianus Socinus *consil. 97. num. 6. lib. 2.* Rosignol. *de tutor. & curator. contract. 17. prænotion. 28. numer. 1. & alii.* Dicitur autem notanter *saltem regulariter loquendo*; quia curatores amentibus, & furiosis æque principaliter dantur personis, sicuti tutores pupillis, & Impuberibus, & textu expr. in *leg. Consilio 7. ff. De curatoribus furios. & aliis extra minores dandis, ibi: »Consilio, & opera curatoris tue- »ri debet non solum patrimonium, sed & corpus, ac »salus furiosi:«* Iste enim quamvis fuerint ætate adulti, in dirigendis tamen se ipsis, rebusque suis sunt tamquam pupilli, ipsisque in judicio æquales, ac insuper inferiores, saltem illis, qui septennium excesserint, adeoque etiam quoad personam indigent tutore, sicuti pupilli; Montanus *de tutor. & curator. cap. 29. num. 9.* Decius in *leg. Quo tutela §. Nemo num. 4. ff. de regul. Juris, Rosignol. l. c. num. 2. & alii.*

Secundo differunt, quia tutores regulariter dantur Impuberibus, per jura adducta supra num. 8. & 9. & iis ad summum, qui impuberibus comparantur, per *cit. leg. Consilio, & dicta num. anteced.* Curatores vero dantur puberibus usque ad 25. annum secundum Jus commune Cæsareum, per Jura adducta supra numer. 10. vel usque ad 20. in masculis, & 18. in foeminis, secundum aliqua statuta municipalia, seu ad minorem ætatem secundum veniam impetratam à Principe, per dicta supra num. 11. & 12. ☀ Decius in *cit. leg. Quo tutela §. Nemo ff. de reg. Jur. & leg. Curator ff. de tutorib. & curator. datis ab his &c. Rosignol. loc. cit. num. 8. & alii passim.*

Tertio differunt, quia tutores certæ rei, & causæ dari non possunt, per text. in §. Certæ autem rei 4. *Instit. Qui testamento tutores dari possunt, l. Certarum rerum 12. & leg. seq. ff. de testamentaria tutela: Curatores autem & certis rebus, & determinatis causis dari possunt, per text. in §. Item inviti 2. de tutoribus, ibi: Curator enim, & ad certam causam dari potest; Portius in tit. de curatoribus numer. 4. Angelus in §. Certæ autem rei 4. Inst. Qui testamento tutores dari possunt, Rosignol. loc. cit. num. 12. & alii alias enumerantes differentias, quæ tamquam minus scitu necessariæ, brevitatis gratia apud ipsas, aliosque Legistas videndæ relinquuntur.*

Stante consuetudine omnium fere regionum, finita tutela, tutor tamquam curator perseverat usque ad 25. annum, Montanus *de tutor. & curator. cap. 37. numer. 86.* Antonius Gailus *l. 2. practic. observat. 95. num. 1.* Rosignol. *loc. cit. part. 2. contract. 17. prænot. 1. num. 18. & prænot. 3. num. 1. & alii.*

Non potest tamen, qui fuit tutor, compelli ordinarie loquendo ad perseverandum, si noluerit, in

N

cu-

☀ Non solum masculi, sed etiam foeminæ per vigintiquinque annorum adimplementum (1) ac per veniam ætatis à Principe impetratam, proposita in Supremo Senatu Castellæ sollicitudine, à curatoris regimine eximuntur (2); verumetiam, si matrimonium duo de viginti annis minor attingens contraxerit, quia per se, suas, & conjugis facultates geret (3).

Clericum, pro legitimis posse in foro seculari tutorem constitui conforme juri patrio conceditur (4): multoque magis in foro ecclesiastico pro vero Clerico; sed quod præcisè ob Episcopo, ejusvè Vicario sit tutor, vel curator dandus, si minor fuerit Clericus, non absolutè verum videtur, quia nisi fori gaudeat privilegio, ecclesiasticæ jurisdictioni hæc actio denegatur, ut pote ei non subjectus (5).

(1) *L. 3. tit. 16. p. 6. Ibi: E este á tal debele haber en guarda, fasta que el huerfano sea de edad de veinte y cinco años:.*

(2) *Auct. acord. 26. tit. 5. lib. 3.* Porque los efectos de las habilitaciones son los mismos que los de las venias, cuya concesion es de regalía nuestra, y quien unicamente puede dispensar las leyes, que prohiben la administracion de bienes á los menores de veinte y cinco años: por quedar reservado á los del nuestro Consejo:.

(3) *Leg. 14. tit. 1. lib. 5. Ibi: Y si se casare*

FERRAR. BIBLIOTH. Tom. IX.

antes de diez y ocho años pueda administrar (en entrando en los diez y ocho) su hacienda, y la de su muger, si fuese menor, sin tener necesidad de venia:.

(4) *L. 45. tit. 6. p. 1. Ibi: E como quier que los Clerigos no hayan de fiar bienes de huerfanos; pero bien pueden á rescebir á ellos en guarda de sus bienes si quieren, seyendo sus parientes, é dando aseguranza que gelo alifien: é eso mesmo sería de los Clerigos que escogiesen para guardar los bienes de algun su pariente, fuese loco, ó desmemoriado:.*

(5) Vide *verb. Clericus.*

curacione, & administratione bonorum ejusdem puberis, per textum in l. A Tutoribus 33. §. 1. ff. De administrat. tutor. Æquitas enim non postulat, ut qui diu in onere tutelæ permanserit, ulteriore onere prægravetur.

- 19 Item nec pupillus tenetur stare ejusdem tutoris curæ, nisi forte testator aliter disposuerit, quod nempe perseveret sub cura tutoris, donec pervenerit ad 25. annum, per text. in leg. Si tutor 9. ff. de tutel. & Rationib. distrahend. leg. tutor. 28. & leg. Maximeque 29. ff. de administrat. tutor. & curator.
- 20 Tutor dativus perveniente altero ex fratribus ad majoritatem, cessat quo ad omnes fratres, & factus major fit tutor aliorum fratrum impuberum; existente enim tutore legitimo, cessat tutor dativus, cum hic detur solum non extantibus testamentariis, nec legitimis tutoribus, per Jura adducta supra num. 6. Rota part. 2. recent. decis. 306. num. 2. & part. 3. decis. 60. num. 4. Rosignol. l. c. prænot. 3. num. 3. cum pluribus ibi ad id adductis.
- 21 Non sic autem tutor testamentarius, quia hic altero ex fratribus perveniente ad majoritatem, non cessat esse tutor quoad alios fratres impuberes. Existente enim tutore testamentario, non est locus legitimo tutori, cum tutor testamentarius cuicumque alteri præferatur, & tutor legitimus subintret solum in defectum tutoris testamentarii, per Jura adducta supra num. 5. Rota part. 5. tom. 2. decis. 435. num. 4. part. 13. decis. 34. num. 4. Montanus de tutorib. & curatoribus cap. 27. num. 97. Rosignol. l. c. num. 4. & alii.
- 22 Judex pro dando tutore debet habere Jurisdictionem in pupillum, cui dandus est, & in eum, qui dari debet, textu expresso in leg. Neque à Præsidente 5. Cod. Qui dare tutores, vel curatores possunt.
- 23 Tutor proprie, & in rigore constituendus est per Judicem habitationis pupilli, quamvis ejus bona alibi extent. Tutor enim datur principaliter pro persona pupilli, per Jura adducta supra num. 1. 2. & 14. quæ persona utpote principalior trahit ad se etiam bona, quamvis alibi existentia, cum tutela legitime collata extendatur ad omnia bona ubicumque existentia, per text. in §. Datus 17. Institut. de excusationibus Tutorum, leg. Propter litem 21. §. 2. ff. De excusationibus leg. Magis puto 5. §. 12. ff. de rebus eorum, qui sub tutela, vel cura sunt; Rota part. 5. recent. tom. 1. decis. 177. n. 27. & 29. & part. 9. tom. 1. decis. 12. num. 26. 27. & 28. Angelus Aretin. Institut. de legitim. agnat. tut. n. 3. vers. Quæro si tale: Marianus Socinus consil. 97. num. 6. & consil. 248. numer. 2. lib. 1. Alaxender consil. 44. num. 17. lib. 5. Rosignol. loc. cit. part. 1. contract. 17. prænot. 17. num. 11. & alii. Si autem administratio dictorum bonorum impugnetur à Judice loci, in quo sita sunt bona, tunc quidem, ne bona pupilli in deterius abeant, constitui potest à dicto Judice loci bonorum curator; Et ratio est, quia quotiescumque tutor legitime datus, est impeditus, seu absens, potest alius substitui, ut docet Rota part. 2. diversar. decis. 108. num. 3. & part. 15. decis. 107. Montanus de tutorib. cap. 24. per tot. Paulus Christinus decis. 150. per tot. volum. 3. & alii: Atqui extante impugnatore, seu contradicatore quoad tutorem datum à Judice habitationis pro administratione bonorum alibi existentium, talis tutor in ordine ad dictam administrationem talium bonorum intelligitur impeditus, & est absens; ergo saltem in ordine ad eadem poterit constitui curator, & quidem per Judicem talis loci, ne etiam alius, si fuerit datus à Judice habitationis pupilli, per similem impugnationem, seu contradictionem impediatur, & interim bona pupilli in tali loco existentia in deterius abeant. Et quamvis talis in leg. Pupillo 27. ff. de tutorib. & curatorib. datus ab his, & leg. & unica Cod. Ubi petantur tutores, & curatores, exprimaturs communi nomine tutoris, proprie tamen non est nisi curator, cum non detur personæ, sed rebus, arg. citatis Juribus supra num. 14. ut recte notat Rosignolus loc. c. numer. 10. & alii. Vide Rotam part. 9. recent. tom. 1. decis. 12. num. 44. & 45. ubi declarat textum in c. l. unica Cod. Ubi petantur tutores.

Si pupillus sit Clericus, tutor est per Judicem ecclesiasticum constituendus; Joannes Faber Institut. De Attiliano tutore num. 4. in fine, Sperellus decis. 1. num. 4. Franciscus Ripa in cap. 2. num. 10. de Judiciis, Marianus Socinus in leg. Si quis Clericus numer. 23. in fine ff. de foro competent. Montanus de tutoribus cap. 4. n. 15. & 28. Diana part. 1. tract. 2. resolut. 95. Bellettus disquis. Cler. part. 1. Tit. de favore Cleric. personali §. 6. num. 15. Anguianus de legibus part. 1. lib. 2. controvers. 23. num. 69. Rosignol. loc. cit. num. 12. & alii passim. Et ratio est clara, quia tutor datur principaliter personæ, & non nisi secundario rebus, per Jura citata supra n. 14. Atqui persona Clerici non est subdita judici laico; c. Bene quidem 1. dist. 96. cap. Ecclesia S. Mariæ 10. de constitutionibus cap. Cum Laici 12. de rebus ecclesiæ alienandis, vel non, cum similibus; ergo non potest per Judicem laicum constitui tutor pupillo Clerico.

Neque per Judicem laicum potest dari Clerico tutor Clericus, seu ecclesiasticus; Adhuc enim laicus diceretur exercere Jurisdictionem, quam nec habet, nec habere potest in pupillum Clericum; Decius consil. 150. num. 9. Montanus de tutor. & curat. cap. 4. n. 27. Rosignol. loc. cit. num. 26. & alii.

Potest tamen à Judice ecclesiastico dari pupillo Clerico tutor laicus; Sic in similibus Glossa in cap. Bene quidem 1. dist. 96. verb. Præter: Archidiaconus in cap. Clericum cujuslibet 11. quæst. 1. Federicus de Senis consil. 126. & alii tenentes, quod Episcopus causas civiles Clericorum possit delegare laicis, ut ex Gloss. in cap. Decernimus 2. de Judiciis verb. Non præsumant, arg. c. cap. Decernimus: & probabiliter posse id fieri diximus sub verb. Delegare num. 38. & in terminis docent Montanus de tutor. & curator. cap. 4. numer. 31. Rosignol. l. c. num. 28. & alii; Et ratio est, quia tutor laicus sic deputatus à Judice ecclesiastico exercet munus tutelæ non ex propria, sed ex Judicis ecclesiastici constituentis auctoritate, sicque fundamentaliter alteri ex officio ecclesiastico, adeoque sine repugnantia dari potest à Judice ecclesiastico pupillo Clerico tutor laicus, sicuti laicus potest esse Procurator Clerici, & Syndicus Ecclesiæ, per textum in cap. 1. de Procurator. & cap. 1. de Synd.

Extantibus ex eodem patre pluribus pupillis, quorum alii sunt laici, & alii ecclesiastici, quamvis una Doctorum sententia velit in tali casu dandum esse tutorem pro omnibus à Judice ecclesiastico, & altera teneat dandum esse pro omnibus à Judice Laico; Placet tamen sententia media docens, unum tutorem pro Clericis dandum esse à Judice ecclesiastico, & alterum pro laicis dandum esse à Judice laico; Nisi forte uterque Judex concurrat ad unum, & eundem constituendum, qui utraque auctoritate respective regat. Et ratio est, quia, sicut Judex laicus nulla habet Jurisdictionem in personam ecclesiasticam; cap. Bene quidem 1. dist. 96. cap. Ecclesia S. Mariæ 10. de constitutionibus, cap. Cum laicis 12. de rebus ecclesiæ alienandis, vel non, cum similibus; Ita nec Judex ecclesiasticus in personam, & causam mere laicalem; cap. Licet 10. & cap. Ex tenore 11. de foro competente, cum similibus.

Curator, si æque principaliter dandus sit personæ puta furiosi, amentis, sicuti tutores pupillis principaliter quoad personam, tunc dandus est à Judice, sub cujus jurisdictione est persona, & si fuerit Clericus, à Judice ecclesiastico, per dicta supra num. 25. Vel si persona fuerit laicalis sub uno territorio, & bona ejus sub alio, tutor dandus erit à Judice territorii, seu habitationis, sub cujus potestate est persona, per dicta supra num. 23. cum limitatione adducta ibid. n. 24.

Si persona ratione status sit sub uno Judice, scilicet Clericus sub potestate ecclesiastica, & bona ejus sint sub potestate laicali, & curator dandus sit tantum bonis, tunc dari debet à Judice laico, sub cujus Jurisdictione sunt eadem bona. Et ratio patet à contrario sensu ex dictis supra num. 25. quod nempe pupillo Clerico dandus sit tutor à Judice ecclesiastico, quia principaliter datur personæ, & non nisi

secundario rebus, adeoque à contratio sensu, cum in nostro casu curator dandus sit rebus tantum, & nullo modo personæ, utique dandus erit à laico Judice, sub cujus Jurisdictione sunt bona; Decius *consil.* 150. num. 3. § 7. Ripa *in cap.* 2. num. 10. *de Judiciis*, Marianus Socinus *in cap.* *Si quis Clericus* num. 23. *de foro competent.* Alexander *consil.* 44. n. 17. lib. 5. Rosignol. *loc. cit.* prænot. 28. n. 5. & alii.

Si Curator dandus sit, non solum rebus, sed rebus simul, & personæ, licet principaliter rebus, & nonnisi secundario personæ, tunc probabilius dandus est à Judice, sub cujus potestate est persona: Et ratio est, quia licet persona sub illo munere non veniat, nisi secundario, ipsa tamen non potest cadere sub potestate laicali, si fuerit ecclesiastica, per Jura adducta *supra sub num.* 25. Nec sub alio Judice laico, in cujus territorio non degit, quamvis fuerit persona laicalis, cum Judex non habeat Jurisdictionem in personam degentem extra suum territorium, seu provinciam; *cap. Romana* 5. *de sentent. excommunicationis*, *cap. Ut animarum* 2. *de constitutionibus in 6. leg.* Neque à Præsidente 5. *Cod. Qui dare tutores, vel curatores possunt, leg. unica Cod. Ubi peccantur tutores, & curatores*, cum similibus; adeoque in tali casu dandus erit curator ab illo Judice, sub cujus Jurisdictione est persona, cui dandus est; Sic expresse Rosignolus *loc. cit.* num. 7. & alii.

(Si satis esset temporis, nisi mentis exiguitas me falleret, mi videtur, private prout in communi judici seculari tutoris dationem competere ire demonstratum, vid. *lit. T. pag.* 25. num. 38. *Reg. sched. verb.* Subcessio ab intestato, *vers.* Sequentibus: cum *addit. hispan. lit. B. pag.* 262. nil aliud requirebatur in hujus asserti comprobationem quam in dictis locis contenta perlegere: juxta Auctoris doctrinam specificè (mihi celatur) à jure canonico circa hanc materiam quidquam non est determinatum: per regium hispanicum nil (vid. *infra addit. nov.*) præmittitur, ideo, his dumtaxat perpensis, fere idem asseritur, ex Auctore, & *add. nov. infra animadvertes*, patrem posse filiis suis tutorem dare, matri non denegari, filio hærede instituto, etsi Judex hunc confirmari, si fuerit idoneus, teneatur: possunt id efficere, laicus sive fuerit filius, seu ecclesiasticus: tutoris nominatio tantum consideratur: hic solus præceptis judicialibus ligatur & ad judicem secularem ratio suæ administrationis eodem modo acsi Clerico ab ipsomet judice ex sollicitudine illius tutela conferatur, reddenda; (*leg.* 52. *tit.* 32. *p.* 3. vid. *lit. F. in add. nov. pag.* 87. § 88. § *lit. C. pag.* 170. *col.* 2.) mente retineantur tutores qui satisfacere cogantur: memoriæ demanda, quod tutor testamentarius, legitimusve, si laici fuerint, eo quod talis tutela pro Clerico eis, ex testamento illi, ipso jure isti concedatur, à jurisdictione seculari neuter eximitur: ubi videbatur ecclesiastica posse jurisdictione ingredi, dum Clericus per se solus ex testamento seu ab intestato hæres sit, & fuerit tuto nominandus, sed non est obliviscendum qualitatis bonorum: quamvis bona patrimonialia Clericorum, extra ad ordines constituta, magnam consequantur (vid. *verb.* Bona, Clericus &c.) exemptionem, secularia non ecclesiastica permanent, ideo si laicis vult de possessione disceptare, ante secularem est cognoscendum: persona pupilli, & ejus bona à tutore reguntur: semper, *Pater orphanorum* judex secularis appellatur: æquabiliter in hoc munere procedi videtur ac dum Advocatus, Procuratorve Clericorum causis ac patrocinandum nominantur: inter tutorem & administratorem ad bona constitutum parum discriminis advertitur, & ex eo quod iste à Clerico designetur, semper in eum jurisdictione secularis procedit: nullum adest impedimentum, ut seculares in Clericorum bonis, licet in sacris constituti, (vid. *verb.* successio ab intestato, *vers.* Dominiis Indiciis: *in add. hisp.*) se immisceant: non est in casu (vid. *ibid.*) ibi determinato Episcopis ulla facultas se immiscendi; assertionis meæ nullum est aliud objectum quam adnotare quæ in dubium meas circumferunt cogitationes: jurisdictione in omnibus sive

ecclesiastica, sive secularis fuerit, semper salva: à legum observantia, ut pote præcordiis subditorum naturaliter inhæret, non resiliendum: (vid. *add. hisp. verb.* Forum, *vers.* præsertim Regem Catholicum: atque in memoriam: *pag.* 86. § 91.) quare conlatis omnibus, & quæ inde oriuntur, quivis suas rimetur meditationes, nihilominus, cum subito mihi in mentem venerit §. 9. *Reg. Sched.* 4. *Novemb. ann.* 1773. (vid. *lit. F. pag.* 92. *col.* 1. *Ad rem lit. J. pag.* 318. *col.* 1. *in princip.*) ejus decisio producitur: causæ variæ recensentur in quibus Supremum Belli Consilium cognitionem potest assumere: verum ab hac cognitione majoratum bona excluduntur, etiamque militum patrimonialia quorum hæredes militiæ non sint adscriti, nec foro militari gaudeant, propterea quod ad ordinarios judices debent remitti: hæc consideratio volatus suos dirigit, ut cognoscatur, hæredes similes, si etiam militari stipendio perfruuntur, tamquam in servitio detenti, præcipue in patrimonialibus proprios judices habere: ita de Clericis assertum iri videbatur: sed jurisdictione militaris ex eodem fonte dimanat: ecclesiastica & secularis, etsi hæc illam tueatur, (vid. *lit. A. pag.* 140. *lit. C. pag.* 228. § *lit. E. pag.* 153. *in add. hisp. nov.*) ex diverso capite nascuntur, nihilque consonum reperitur, nisi utrumque detur concordia verax.)

Parentes possunt testamento filius suis impuberibus, sive masculini, sive foeminiini sexus, tutores constituere, si modo in potestate sua sint, textu expresso *in l. Lege duodecim i. ff. De testamentaria tutela*, ibi: „Lege duodecim tabularum permissum est parentibus liberis suis, sive masculini, sive foeminiini sexus, si modo in potestate sint, tutores testamento dare“ & concordat §. Permissum est 3. *Institut. de tutelis*, cum similibus.

Pater etiamsi fuerit minor 25. annis potest filiis suis dare testamento tutorem, si perpenso consilio id præstet; Et ratio est, quia tales filii ita sunt sub ejus patria potestate, ac si ipse esset major 25. annis; unde sicuti pater major 25. annis potest tutorem dare filiis sub sua patria potestate existentibus, per Jura mox adducta, ita etiam pater minor 25. annis, dummodo perpenso consilio id præstet: Angelus Aretinus *in §. Furiosus, n. 2. Inst. Qui testamento tutores dare possunt*, Montanus *de tutoribus, & curatorib. cap.* 8. num. 5. Romanus *Singul.* 70. *incip.* Adultus: Joann. Gutierrez *de tutor. & curator. part.* 1. *cap.* 3. *numer.* 11. Rosignol. *loc. c. prænot.* 5. num. 2. & alii.

Si autem pater fuerit adhuc ipse sub patria potestate, quamvis fuerit major 25. annis, non potest filiis suis tutorem dare: Existente enim patre sub patria potestate, sunt sub eadem etiam ipsius filii, & sic nepotes ex filio respectu avi, per textum *in leg. Nam Civium ff. Qui sunt sui, vel alieni Juris, leg. Si maritus Cod. de patria potestate*, cum similibus: Pater autem potest solum tutorem dare filiis existentibus sub sua potestate, ex *c. l. Lege duodecim i. ff. de testamentaria tutela*, ibi: *Si modo in potestate sunt*, cum similibus, adeoque pater adhuc existens sub patria potestate, cum sui filii non sint sub ejus potestate, sed sub potestate avi, non potest eis testamento tutorem constituere; Montanus *de tutor. & curator. c.* 3. *n.* 47. Carolus Philippus Corneus *consil.* 126. *n.* 9. § 10. *vol.* 1. Rosignol. *l. c. prænot.* 5. *n.* 6. & alii.

Potest pater, superstitute matre, filiis suis impuberibus testamento tutorem dare, ipsa matre exclusa: Habetur clare ex *Authent. Matri, & Avia Cod. Quando mulier tutelæ officio fungi possit*, ibi: „Matri, & Avia secundum ordinem tutelam etiam ante agnatos subire permittimus... solis testamentariis tutoribus eas præcedentibus legitimis, & dativis postpositis: defuncti namque voluntatem præponi volumus.“ *Rota part.* 5. *recent. tom.* 2. *decis.* 435. num. 10.

Mater qua mater est, non potest filiis testamento tutorem constituere: *leg. Mater 4. Cod. de testamentaria tutela, leg. Pater 4. ff. eod. leg. Mulier 2. ff. de confirmando tutore*, Montanus *de tutor. & curator. cap.* 8. num. 38. § *cap.* 24. num. 18. Manus Socinus *consil.* 59. num. 29. *lib.* 3. Angelus Aretinus *in tractat. de testament. verb.* Tutores autem:

- Santelicius *dec.* 205. num. 3. Decius *in leg.* Quo tutela num. 2. ff. de Regul. Jur. & alii: Et ratio est, quia Jura permittunt parentibus testamento constituere tutores filiis, & nepotibus, si illos habeant in potestate, textu expresso *in leg.* Lege duodecima 1. ff. de testamentaria tutela, leg. Ut num. 1. §. 1. ff. de confirmando tutore, §. Permissum 3. *Instit. de tutelis*: Mater autem qua talis est, non habet liberos in potestate, §. Ceteri 3. *Instit. de hæredum qualitate, & differentia*, §. & Fœminæ 10. *Instit. de adoptionib.* adeoque mater qua mater est, non potest filiis testamento tutorem constituere.
- 37 Dicitur autem notanter *Mater qua mater est*, quia si mater in testamento filium hæredem instituat, & simul tutorem ei constituat, erit recte constitutus tutor, & à Judice cum inquisitione confirmandus, leg. Mater 4. *Cod. de testamentaria tutela*, ibi: *Mater testamento filiis Tutores dare non potest, nisi eos hæredes instituerit*, leg. Pater 4. ff. de testamentaria tutela: ibi: »Pater hærede instituto filio, vel exhæredato tutorem dare potest; mater autem non nisi instituto, quasi in rem potius, quam in personam tutorem dare videatur, sed & inquiri in eum, qui matris testamento datus est tutor, oportebit.« (Vid. *lit. D. pag. 110. vers. Si precedens: & lit. H. pag. 211. vers. Materia exhibetur: in nov.*)
- 38 Item quilibet extraneus, si impuberem hæredem instituat, tutorem ei constituere potest, à Judice cum inquisitione confirmandum; leg. Si patronus 4. & l. Tutores 5. ff. de confirmando tutore.
- 39 Item patronus, si libertum hæredem instituat, potest ei tutorem constituere, à Judice probabiliter cum inquisitione confirmandum; leg. Si patronus 4. ff. de confirmando tutore; Quinimmo plurimi Doctores citati, & secuti à doctissimo Rosignolo *loc. cit. contract. 17. disquisit. 2. §. 86. dum. 5.* docent, posse patronum tutorem constituere suo liberto, sive ipsam hæredem instuerit, sive non instituerit.
- 40 Pater potest in testamento dare tutorem filiis suis quemcumque sibi benevisum: Unde licet fœmina sit incapax à Jure, per text. *in leg.* Fœminæ 18. ff. de Tutelis, leg. Tutelam 1. *Cod. Quando mulier tutelæ officio*, tamen ex voluntate testatoris potest tutelam exercere, per text. *in leg.* Liberto 31. §. 6. ff. de negotiis gestis, ibi: *Quamquam mater filii negotia secundum patris voluntatem pietatis fiducia gerat*, & ibi Doctores, quos allegat, & sequitur Rota *part. 2. recent. tom. 2. decis. 435. num. 6. ubi num. 17. & 18.* subjungit, quod licet fœmina non possit esse tutrix ob imminentiam litium, hoc tamen non procedit in tutrice data à testatore, cum ejus fides videatur approbata à testatore verisimiliter non ignorante litium occasionem.
- 41 Si pater in suo testamento constituit tutorem filiis, & filiabus, tutela extenditur etiam ad postumos & postumas, textu expresso *in §.* Si quis filiabus 5. *Instit. Qui testamento tutores dari possunt*, leg. Si quis filiabus 5. ff. de testamentaria tutela, cum similibus.
- 42 Si pater in testamento constituit tutorem pro filiis, tutela extenditur etiam ad filias, textu expresso *in leg.* Si quis ita 16. ff. de testamentaria tutela, cum similibus.
- 43 Si pater in testamento constituit tutorem filio; & plures habuerit, tutela extenditur ad omnes ejusdem filios, textu expresso *in cit. leg.* Si quis ita 16. §. 1. cum similibus.
- 44 Si pater filiis suis testamento tutores dederit, censetur & nepotibus consuluisse, modo isti in potestate patris non sint relapsuri; Secus si filiis, retento proprio nomine filiorum, textu expr. *in §.* Si quis filiabus 5. *Instit. Qui testamento Tutores dare possunt*, ibi: »Quod si nepotes sint, an appellatione filiorum, & ipsis tutores dati sint? dicendum est, ut & ipsis quoque dari videantur, si modo liberos dixerit; ceterum si filios, non continebuntur, aliter enim filii, aliter nepotes appellantur« & sic expresse concordat etiam leg. Quid si 6. ff. de testamentaria tutela. (Ad rem *lit. B. pag. 278. num. 12. lit. E. pag. 217.*
- num. 38. & *lit. F. pag. 48. num. 45. ac pag. 67. num. 13.*)
- Pater filiis sub patria potestate non existentibus, sed emancipatis, non potest constituere tutorem simpliciter, cum ad id requiratur patria potestas, ex §. Permissum 3. *Instit. de Tutelis*, leg. Lege duodecima 1. ff. de testamentaria tutela, leg. Ut ne 4. §. 5. ff. de confirmando tutore, sed solum potest ipsis tutorem constituere à Judice confirmandum, & quidem sine inquisitione, textu expresso *in §.* Sed etsi 5. ff. de tutelis, ibi: »Sed etsi emancipato filio tutor à patre fuerit testamento, confirmandus est ex sententia Præsidis omnimodo, id est sine inquisitione.«
- Pater nequit filio suo naturali, & illegitimo dare tutorem testamento, nisi vel illum hæredem instituat, vel aliquid relinquat, textu expr. *in leg.* Naturali filio 7. ff. de confirmando tutore, ibi: »Naturali filio, cui nihil relictum est, mater frustra datur à patre, nec sine inquisitione confirmatur.« Et ratio inter alias est, quia ad constituendum tutorem testamento filiis requiritur patria potestas, ex citatis Juribus *supra numer. 43.* Filius autem naturalis, & illegitimus non est in potestate patris, textu expresso *in §.* Si adversus 12. & §. Aliquando 13. *Instit. de nuptiis.*
- Regulariter in testamento dari nequit tutor quoad exercitium tutelæ, qui non attigerit 25. annum suæ ætatis, textu expresso *in §.* Item major 13. *Instit. de excusat. tutorum*, ibi: »Minores autem 25. annis olim quidem excusabantur, nostra autem constitutione prohibentur ad tutelam, vel curam aspirare, adeo ut nec excusatione opus sit« & §. Furiosus 2. *Instit. Qui testamento tutores*, ibi: »Furiosus, vel minor 25. annis tutor testamento datus, tutor tunc erit, cum compos mentis, aut major 25. annis tutor fuerit factus.«
- Filius familias, non obstante, quod sit sub patria potestate, si habeat ceteras condiciones ad hoc requisitas, non interdicitur munere tutelæ, textu expresso *in princip. Instit. Qui testamento tutores dari possunt*, ibi: »Dari autem tutor potest testamento, non solum pater familias, sed etiam filius familias; Et concordat leg. ff. Filius familias 9. de his, qui sui, vel alieni Juris sunt, ibi: »Filius familias in publicis causis loco patris familias habetur, veluti si Magistratum gerat, vel tutor detur.«
- Servus, durante servili sua conditione, nequit testamento tutor constituit, textu expr. *in leg.* In servili 7. *Cod. Qui dare tutores, vel curatores possunt*; Et concordat leg. Qui tutelam 28. §. 1. ff. de testamentaria tutela, & §. Sed & servus 1. *Instit. Qui testamento Tutores dari possunt.* Si autem servus constituatur tutor à proprio Domino cum scientia servitutis, tunc intelligitur actu prævio liberari à servitute, & sic recte tutor constitutus; textu expresso *in cap. §.* Sed & servus 1. *Instit. Qui testamento tutores &c.* Si vero sit servus alienus, solum cum liber erit, habebitur verus tutor, textu expresso *in cit. §.* Sed & servus, & *in cit. leg.* Qui tutelam 28. §. 1. ff. de testamentaria tutela.
- Episcopi, & Monachi nequeunt esse tutores testamentarii, textu expr. *in Authen. de Sanctissimis Episcopis, seu Novella 123. cap. 5. ibi:* »Deo autem amabiles Episcopos, & Monachos ex nulla lege tutores, aut curatores cujuscumque personæ fieri permittimus; Rota *part. 4. recent. tom. 1. decis. 116. num. 16. & part. 16. decis. 252. num. 19.*
- Immo neque Sacerdotes, aliique Clerici in sacris constituti possunt esse tutores testamentarii; Bartolus *in cit. Authent. cap. 5. num. 1.* Abbas *in cap. Non eo minus num. 15. de Immun. eccles.* Bertrandus *consil. 116. part. 2. leg. 2.* Alciatus *præsumt. 18. Reg. 3. Gutierrez de Tutor. part. 1. cap. 1. num. 30.* Carolus de Grassis *de effectibus Cleric. cap. 16. à num. 1. usque ad 16.* Rosignol. *l. c. prænot. 6. num. 14.* cum plurimis aliis ibi allegatis, & colligitur etiam *ex cit. Authent. cap. 5.* ubi licet Sacerdotibus, Diaconis, & Subdiaconis videatur concedi facultas ad tutelam legitimam, ut ipsiusmet verba indicant, & Interpretes passim intelligunt.

54 Sacerdotes igitur, aliique Clerici seculares, licet non possint esse tutores testamentarii, possunt tamen esse tutores legitimi; *cit. Authent. seu Novella 123. c. 5. ibi*: „Presbyteros autem, & Diaconos, & Subdiaconos Jure, & lege cognationis tutelam, aut curam suscipere hæreditatis permittimus: proprio, & solo gradu cognationis ad tutelam, & curam vocatis, & hujusmodi suscipere administrationem permittimus;“ Et concordat *cap. Pervenit ult. dist. 86.* & tenent passim Doctores, & ratio, cur Clericis secularibus permittitur tutela legitima, non autem testamentaria, est stricta lex agnationis, cognationis, & sanguinis, quæ adeo indita est humanis cordibus, ut vix videatur posse avelli, & ideo ex benigna Jurium Indulgentia permittitur eis tutela legitima, & non testamentaria, in qua non viget sic strictum vinculum sanguinis.

55 Episcopi autem, & Monachi neque possunt tutores legitimi, ut patet *ex cap. Authent. seu Novella 123. cap. 5.* per verba adducta *supra num. 52.* Et ratio est, quia episcopalis cura adeo gravis, & urgens, & stricta erga Deum, ut excludat omnimodam curam temporalem; & cum sit in ordine ad Deum; & ad bona spiritualia, prævalere debet cuicumque temporali. Et Monachi ex vi proprii Instituti intelliguntur seculo mortui, & soli Deo vivere, unde nullatenus decet eos externis publicis curis implicari; *cap. Monachi 35. caus. 16. quest. 1.*

56 Qui habet bona indivisa cum pupillis, potest eorumdem esse tutor testamentarius, si testator noverit talem indivisionem; testator enim ipsum eligens cum plena cognitione talis indivisionis, videtur absolute fidere ejus personæ, ipsiusque fidem totaliter approbare, per *text. in leg. Tres Tutores 55. §. final. ff. de administratione tutor.* Unde testamentarii tutores satisfdari non coguntur; *Instit. De satisfdatione Tutorum in principio, ibi*: „Nam tutores testamento dati satisfdare non coguntur, quia fides eorum, & diligentia ab ipso testatore approbata est.“

57 Item creditor, & debitor potest testamento tutor constitui, si testator plenam cognitionem habuerit de tali credito, & debito, *arg. dictis, & allegatis Juribus num. anteced.*

58 Civis alterius civitatis potest constitui tutor testamentarius pupillorum alibi degentium, textu expr. *in leg. Quæro 32. ff. De testamentaria tutela, ibi*: „Quæro, an non ejusdem civitatis cives testamento quis tutores dare possit? Paulus respondit posse.“

59 Mutus nequit esse tutor, textu expresso *in l. Tutela 1. §. 2. ff. de tutelis: ibi*: „Mutus tutor dari non potest, quoniam auctoritatem præbere non potest“ *leg. Agnato 10. de legitimis tutoribus, ibi*: „Surdus, & mutus nec legitimi tutores esse possunt, cum nec testamento, nec alio modo utiliter dari possint.“

60 Item nec surdus potest esse tutor, textu expresso *in cit. l. ff. Tutela 1. §. 3. de tutelis, ibi*: „Surdum non posse dari tutorem plerique, & Pomponius lib. 69. ad Edictum probant, quia non tantum loqui, sed & audire tutor debet“ *& cit. leg. Agnato, per verba num. antecedenti adducta.*

61 Item furiosus, durante furore, & amens durante amentia, nequit esse tutor, textu expr. *in §. Furiosus 2. Instit. Qui testamento tutores dari possunt, & l. Furiosus 11. ff. de testibus.*

62 Item prodigus tutor esse non potest: *leg. His qui 12. §. 2. ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab iis, & arg. leg. Nemo 5. Cod. de legitima tutela.*

63 Fœminæ, quamvis de Jure nequeant ordinarie esse tutrices, possunt tamen ex voluntate testatoris tutelam

exercere, per dicta, & Jura adducta *supra num. 40.*

Si maritus in testamento uxorem tutricem filiorum 64 constituerit etiam in casu secundarum nuptiarum, non est necesse, quod eadem uxor renunciaret secundis nuptiis: Quamvis enim mater transiens ad secundas nuptias, ipso Jure privetur tutela filiorum prioris matrimonii, per *text. in Authent. Sacramentum Cod. Quando mulier tutelæ officio, leg. Si pariter 3. Cod. eod. leg. Lex quæ tutores §. Lex enim Cod. de administrat. tutor. & Authent. Ut sine prohibitionem vers. Propterea igitur Collat. 7.* Tamen dicta Jura procedunt solummodo, vel quoad tutelam legitimam, vel quando aliter non est dispositum à testatore, qui potest quamcumque legem Jure non repugnantem pupillis, & rebus suis statuere, cum provisio hominis cessare faciat provisionem Legis; *leg. final. Cod. de pact. convent. leg. Et habes §. Cum quis ff. de Precario.* Uti patet de tutore, qui ex dispositione legis satisfdare tenetur rem pupilli salvam fore finita tutela, per *text. in princ. Instit. de satisfdatione tutor & leg. Sciendum 1. l. In dubium 3. Cod. de tutore, qui satis non dedit, cum similibus; tamen ad hoc onus non tenentur, quando fuit liberatus, ut communiter tradunt Doctores, per text. in cit. Juribus, cum similibus.* ☀

Secus autem est dicendum, si maritus simpliciter 65 eam constituerit tutricem testamentariam, quia talis simplex dispositio sine ullo adjecto intelligitur facta secundum dispositionem Juris; Jus autem disponit, quod mulier, ut valide suscipiat tutelam, teneatur renunciare secundis nuptiis, & Senatus consulto Vellejano, textu expresso *in l. Si pater 3. Cod. Quando mulier tutelæ officio, & quod si transeat ad secundas nuptias ipso Jure privetur tutela filiorum prioris Matrimonii, ut ex cit. Juribus in princip. num. antecedenti.*

Tutela legitima competit proximiori pupilli, textu expresso *in §. Cum autem 7. Instit. de capitis diminutione; leg. legitimæ tutelæ 1. de legitimis tutoribus, cum similibus.* Et si plures fuerint in eodem gradu, omnes debent admitti ad ipsam tutelam, textu expresso *in leg. Si plures 9. ff. de legitimis tutoribus.*

Mater in tutela filiorum impuberum non præfertur 68 avo paterno; Colligitur aperte *ex §. Permissum est 4. Instit. de tutelis, ex leg. Lege duodecim 1. leg. Si hæreditatis 10. §. 1. ff. De testamentaria tutela, ubi habetur quod avus paternus, mortuo filio, & adhuc superstite nuru, potest testamento dare nepotibus ex eodem filio, & nuru tutorem, etiam ad exclusionem ejusdem nurus, adeoque existente avo paterno simul cum nuru matre filiorum impuberum, avus ipse paternus erit præferendus; cum enim hic possit dare alium tutorem ad exclusionem ejusdem nurus à tali tutela, à fortiori poterit ipsemet dictam tutelam exercere, ipsa nuru exclusa.*

Præfertur tamen mater in tutela filiorum avo materno; Sic tacite videtur sentire Glossa *in Authent. Matri, & Avia vers.* Item quid sit *Cod. Quando mulier tutelæ officio, ut dicit, quod Si fuerint mater, & avus, præponitur avus paternus; Unde cum suppositione talis propositioni indefinitæ, quod fuerint mater, & avus, limitet prælationem solum in favorem avi paterni, videtur ipsam prælationem denegare avo materno. Et hoc suadet aperta ratio, quia in tantum conceditur prælatio avo paterno, & denegatur materno, quia majora substant onera isti, quam illi: Ille enim per prius in concursu cum matre tenetur nepotes alere, & nepotes dotare, iste vero, scilicet mater nus, non nisi per posterius ad matrem. Et insuper in illo salvatur ratio agnationis respectu cujus major sollicitudo, & cura*

☀ Matrem esse legitimam filiorum suorum tutricem, 69 tro; ideo necessarium haud judicatur, quod à testatore patre designato, mater erit legitima tutrix (1), adeòt

(1) *L. 9. tit. 16. p. 6.* Sin testamento muriendo algun ome que oviese hijos, é non les ovieren dado guardadores: si los mozos que non ovieren madre, nin abuela, mandamos que los parientes mas acercanos que

quamvis interdictum mulieribus sit consonat juri nostro, quin potius nullo tutore, aut curatore à si ad secunda vota transierit, illam amittet (2).

ovieren: (2) *L. 4. ejusd. Ibi*: Que de mientras que los mozos tuvieren guarda, que non casara: ra

- ra præsumitur, in isto vero nequaquam, cum sit alterius agnationis. Unde Jura videntur magis fidere ascendentibus per virilem sextum, quam ascendentibus per fœmineum; Sic expresse Rosignolus *l. c. prænot. 10. num. 15. & alii.*
- 70 Item mater præfertur avia sive paternæ, sive maternæ. Et ratio est clara, quia ceteris paribus ille præferendus est in munere tutelæ, qui proximior est in gradu ascendenti, & linea, *arg. §. Cum autem 7. Instit. de capitis deminutione, leg. Legitimæ tutelæ 1. ff. De legitimis tutoribus*, cum similibus, ubi statuitur, quod tutela legitima competat proximiori pupilli; Atqui mater comparative ad aviam, sive paternam, sive maternam, proximior est in linea, & gradu ascendenti, ergo est ipsa præferenda. Nec valet dicere, quod sicut matri præfertur avus paternus, ita etiam debeat ipsi præferri avia paterna. Non valet, inquam, quia in ordine ad tutelam diversa est omnino ratio de avia, ac de avo paterno in ordine ad matrem; propensius enim consilium, & salubrius judicium consideretur in avo paterno comparative ad matrem, ac consideratur in avia paterna comparative ad eandem matrem in ordine ad administrationem pupillorum, ac eorundem substantiæ; tum quia fœminæ non admittuntur ad tutelam; *leg. Fœmina 18. ff. De tutelis, leg. Tutelam 1. Cod. Quando tutelæ mulier officio*, cum similibus. Et solum ex speciali privilegio est id concessum matri, & avia; *Authent. Ut liceat matri, & avia, & Authent. Matri, & avia. Cod. Quando mulier tutelæ officio.* Privilegium autem in ordine ad easdem intelligendum est cum ordine successivo ad normam aliorum tutorum legitimorum, inter quos præferuntur semper proximiores in gradu; §. Cum autem 7. *Instit. de capitis deminutione, leg. Legitimæ tutelæ 1. ff. De legitimis tutoribus*, cum similibus: adeoque cum mater comparative ad aviam, sive paternam, sive maternam, proximior sit in linea, & gradu ascendenti, debet omnino præferri; Sic docent Montanus *de tutoribus, & curatoribus c. 15. num. 6.* Menochius *de Arbitrar. Judic. lib. 2. cent. 3. casu 150. num. 3.* Marcus Antonius Sabellius *in Summ. divers. tract. in verb. Tutela n. 8. vers. Quod tutela legitima: Corneus consil. 174. num. 1. lib. 3.* Rosignolus *loc. cit. n. 9. & 10. & alii.*
- 72 Avia paterna præsertim in Italia præferenda est maternæ; Sicut enim avus paternus, non obstante identitate gradus, & sexus præfertur materno in munere tutelæ, ita etiam avia paterna præferenda est maternæ, ut servetur ordo. Quamvis enim in *Novella 118. Justiniani Imperatoris* sit sublatum antiquum Jus Agnatorum, & sit novum Jus conditum, quod nempe tam agnati, quam cognati, qui proximi sunt, & idonei ad tutelam, ut hæredes, ita & tutores esse debeant; tamen per universam fere Italiam ex Juribus municipalibus, & consuetudinariis agnati etiam quoad successionem præferuntur cognatis, quibus stantibus videtur ibi adhuc vigere Jus antiquum quod scilicet prælatio detur agnatis; Sic testantur, & tenent Mynsingerius *Instit. de legit. agnator. succession.* Montanus *de tutoribus, & curatoribus cap. 15. num. 46.* Rosignolus *loc. cit. num. 13. 16 & 28.* ac alii plures.
- 73 Non existente avia paterna, nec materna, admittenda est ad tutelam proavia, *arg. Authen. Ut liceat matri, & avia, & Authent. Ut matri, & avia Cod. Quando mulier tutelæ officio.* Proavia enim proprie venit nomine avia, per text. in *leg. Appellatione 51. ff. de verb. signif. ibi: Appellatione parentis non tantum pater, sed etiam avus, & proavus, & deinceps omnes superiores continentur, sed & mater, & avia, & proavia;* Sic Barbosa *in leg. Si quis sub conditione num. 16. ff. de testamentaria tutela*, Joannes Guttierrez *de tutoribus, & curatoribus part. 1. c. 8. num. 17.* Rosignolus *loc. cit. num. 14.* & alii passim.
- 74 In concursu avi materni cum avia materna præfertur avus; In omnibus enim aliis, ceteris paribus, masculi præferuntur fœminis, ut patet in concursu patris, & matris, in concursu avi paterni, & avia maternæ, in concursu fratrum, & sororum, quia in masculis consideratur propensius consilium, & salubrius judicium, quam in fœminis, quoad administrationem pupillorum, eorumque substantiæ; Bartolus *in leg. Si quis sub conditione num. 9. ff. de testamentaria tutela*, Montanus *de tutoribus, & curatoribus cap. 15. num. 47.* Decius *consil. 188. num. 1. & 2.* Rosignolus *loc. cit. num. 16. & alii.*
- Mater etiam tantum naturalis præfertur in omnibus casibus, in quibus præfertur mater legitima; Sic Glossa communiter recepta *in Authent. Matri, & avia verb. Matri Cod. Quando mater tutelæ officio*, per clarum text. in *Novella 94. cap. 1. in fine, & leg. Si pater 3. Cod. Quando mulier tutelæ officio.*
- In concursu patris, & matris naturalis præfertur mater; mater enim naturalis semper est certa, & Jura cognationis semper cum filiis retinet, & sicut filii naturales, & etiam spurii succedunt matri, per text. in *leg. Modestinus, leg. Hac parte, leg. Spurius ff. Unde cognati*, ita etiam mater ejusdem filiis succedit, per text. in *cit. leg. Hac parte, & l. Spurius ff. Unde cognati:* Unde quoad matrem pro legitimis habentur; *leg. Si suspecta 29. §. 1. ff. de Inofficioso testamento.* Unde, cum hæc non verificentur respectu patris naturalis, stat quod ipsi sit præferenda naturalis mater; Bartolus *in Authent. Matri, & avia num. 3. Cod. Quando mulier tutelæ officio*, Montanus *de tutoribus, & curatoribus cap. 15. num. 25. & seq.* Angelus *de legitima patron. tutela num. 6.* Rosignolus *loc. cit. numer. 20. & alii.*
- Excipe tamen in casu, quo filii naturales essent à patre legitimati, quia tunc debet præferri pater, cum filii legitimati, nedum per subsequens matrimonium, sed etiam per rescriptum Principis, habeantur tamquam veri legitimi, adeoque sicuti Pater præfertur respectu filiorum legitimorum, ita etiam respectu legitimorum; *Communis.* (illica salis accipe.)
- In concursu matris, & avia cum fratre majori filiorum, & nepote ordine successivo præferuntur mater, & avia, textu expresso in *cit. Authent. Matri, & avia, Cod. Quando mulier tutelæ officio, ibi: »Matri, & »avia secundum ordinem tutelam etiam ante agnatos »subire permittimus.*
- Item mater, & avia præferuntur etiam patruis; Decius *in cap. Ex parte, de appellatione, & consil. 16.* Gualdus *de caut. ultim. voluntat. tit. de tutoribus cautel. 1.* Rosignolus *loc. cit. num. 23. & alii*, per text. in *cap. Authent. Matri, & avia.*
- Comparando fratres utriusque conjunctos cum patruis etiam ex parte patris, præferuntur fratres, si fuerint majores; *Communis.* Consanguinei enim proximiores præferuntur remotioribus, textu expresso in §. Cum autem 7. *Instit. de capitis deminutione, leg. Legitimæ tutelæ 1. ff. de legitimis tutoribus*, cum similibus.
- Frater utrinque conjunctus in tutela fratrum suorum impuberum præfertur fratri ex uno tantum latere conjuncto: in fratre enim utrinque conjuncto præsumitur major propensio, & affectio intensior erga fratres, & sic etiam major sollicitudo, ac cura, quam sit in alio fratre ex uno tantum latere conjuncto, adeoque est præferendus; Baldus *in leg. De emancipatis Cod. de legit. hæred. Stephanus Gracianus discept. forens. capit. 671. num. 19.* Rosignolus *loc. cit. num. 25. & alii.*
- Concurrentibus duobus fratribus utrinque conjunctis, & habilibus, uterque æque primo admittendus est ad tutelam; etiamsi unus respectu alterius sit minoris ætatis; Cum enim omnes sint in eodem gradu, & capaces administrationis tutelæ respectu impuberum, & æquale Jus habeant succedendi, sic etiam æqualiter debent ad tutelam admitti, per text. in *leg. Si plures 9. ff. De legitimis tutoribus, ibi: »Et si eodem »gradu plures sint, omnes tutelam nanciscuntur.*
- Concurrentibus agnatis, & cognatis secundum modernam dispositionem Juris communis admittuntur ad tutelam proximiores in gradu, nulla habita ratione cognationis, & agnationis, textu expresso in *Novella 118. cap. 5.* Secundum autem consuetudinem, & Jura municipalia totius fere Italiae præferuntur agnati cognatis; Mynsingerius *Instit. de legitima agnatorum successionem*, Montanus *de tutoribus, & curatoribus cap. 15. num. 47.*

pit. 15. num. 48. Rosignol. loc. cit. num. 28. & alii
Vide supra num. 72.

85 Tutor, sicuti & curator cum primum, Judicis auctoritate interveniente, bonorum administrationem suscepit, Inventarium conficere debet, textu expresso in leg. Tutor 7. ff. de administratione tutorum, & curatorum, & leg. Tutores, vel Curatores 24. Cod. eod.

86 Talis Inventarii confectio debet præcedere administrationem, exceptis tamen aliquibus casibus necessitatis, & signanter casu, quo res aliqua non admitteret dilationem, ex quo posset statim periclitari, cujusmodi sunt fructus, & alia similia, quæ sunt obnoxia corruptioni; cap. leg. Tutor 7. ff. de administrat. tutor. & curat. in princip. ibi: „Nihil itaque gerere ante Inventarium factum eum oportet, nisi id, quod dilationem nec modicam expectare possit“ & concordat leg. Veteris Juris 13. §. 1. Cod. Arbitrium tutelæ.

87 Non tenetur tamen tutor Inventarium conficere casu, quo testator id ei remiserit, aut vetuerit; Montanus de tutor. & curat. cap. 32. reg. 5. num. 26. Julius clarus in §. Testamentum quæst. 66. Baldus in l. Cum tale §. Titius ff. de condit. & demonstrat. Jason in leg. Nemo potest num. 65. & seq. ff. de Legatis 1. Sebastianus Mantic. de Invent. cap. 1. n. 44. Practic. Papiens. in forma reddit. ration. tutor. gloss. 2. n. 15. Rosignol. l. c. part. 2. contract. 17. punt. 5. prænot. 5. num. 22. & alii per text. in leg. Veteris Juris 13. §. 1. Cod. Arbitrium tutelæ, ibi: „Nisi testatores; qui substantiam transmittunt, specialiter Inventarium conscribi vetuerint:“ Tum enim præsumenda est regulata testatoris dispositio; Vel quia per hoc præsumitur consulere utilitati pupillorum, per text. in leg. Nec in ea in fin. ff. De Adult. Vel ne forte secreta patrimonii sui pandantur; leg. Quod plerumque 2. Cod. de alimentis pupillo præstandis.

88 Curatores iis omnibus dari possunt, qui suis rebus superesse non possunt, textu expresso in §. Sed & mente captis 4. Instit. de curatoribus, leg. His qui 12. ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his, leg. Sed & alii 2. ff. de curatoribus furioso, & aliis.

89 Generaliter loquendo curatores dantur minoribus, qui excesserunt annum 24. nec pervenerunt ad 25. Inst. de Curatorib. in princip. Instit. Quibus modis tutela finitur in princ. leg. Nisi in princ. ff. de tutel. & rationib. distrab. leg. Si Curatores 1. Cod. Quando tutores, & curatores esse desinant.

90 Curatores dari possunt furiosis, & mente captis, etiamsi excesserint 25. suæ ætatis annum; §. Furiosi 3. & §. Sed & mentis captis 4. Instit. de curatorib. l. Lege duodecim 1. ff. de curatoribus furioso, & aliis, leg. De creationibus 27. C. de episcopali audientia.

91 Si filius familias inciderit in amentiam, & furorem, licet fuerit emancipatus, pater erit ejus legitimus curator; leg. Cum furiosus 3. Cod. De curatore furiosi, ibi: „Qui enim talis affectus extraneus invenitur, ut vincat paternum? Vel cui alii credendum est res liberorum gubernandas, parentibus derelictis?“

92 Si pater factus fuerit furiosus, & amens, constituendus est ejus tutor filius ætate major; leg. Lege duodecim 1. ff. de curatoribus furioso, & aliis, leg. His qui 12. ff. de tutoribus & curatoribus datis, & concordat leg. Furiosæ 4. ff. de curatoribus furioso, & aliis.

93 Item si mater facta fuerit furiosa, & amens, est ei dandus filius curator, textu expresso in c. l. Furiosæ 4. ff. de curatoribus furioso, & aliis, ibi: „Furiosæ matris curatio ad filium pertinet: Pietas enim parentibus, etsi inæqualis est eorum potestas, æqua (seu æqualis) debebitur.“

94 Curatores dari possunt prodigis; leg. Legem duodecim 1. ff. de curatoribus furioso, & aliis, leg. Dabimusque §. Sed æquissimum ff. de privileg. credit. Et ad dandus tales curatores sufficit, quod prodigorum conjuncti habentes notitiam de eorum prodigalitate, eos petant; leg. De tutela 7. C. de in integrum restitut. minor. Immo etiam nemine petente, potest Judex ex officio, si notorie constet de prodigalitate, curatorem

dare tali prodigo, quia prodigus æquiparatur furioso; c. l. Lege duodecim 1. ff. de curatoribus furioso, & aliis, leg. Fulcinius 7. §. 9. 10. 11. & 12. ff. Quibus ex causis in possessionem eatur, cum similibus.

Curator dari potest assiduo Lusori; Ipse enim æquiparatur prodigo, cum bona sua inordinate exponat fortunæ alearum, aliorumque ludorum periculis. Unde Jura adducta de prodigo faciunt etiam pro assiduo lusore; Decius in c. ult. in fine, de Judiciis, Pinellus ad leg. 4. & ultim. Cod. De bonis mater. Montanus de tutor. & curator. cap. 28. num. 49. cum seq. Rosignol. loc. cit. p. 1. contr. 17. prænot. 27. num. 67. & alii. (Reg. Sch. 16. Sep. an. 1784.)

Item curator dari potest foeminae prodige, & luxuriose viventi; leg. Et mulieri 15. ff. de curatorib. furioso, & aliis, & faciunt Jura adducta de prodigis.

Masculo tamen luxuriose vivente non interdicitur administratio; Speculator in tit. de Actore §. 1. Albericus, & Cumanus in leg. Is cui bonis ff. de verbor. significat. Felinus, & Decius in cap. Personalis, de Judiciis, Jason in leg. 4. §. Sed eo, quod meretrici ff. de condit. ob turpem causam, Rosignol. l. c. num. 71. & alii; Jura enim plus deferunt foeminae luxurianti, quam masculo; leg. Lucius 6. ff. de Jure Fisci, ubi Fiscus aufert à foemine fornicaria id, quod ab amasio recepit ob copiam factam sui corporis, nec tamen in aliquo damnat masculum cum ipsa congregientem, & facit textus Evangelicus Joan. 8. num. 4. ubi fit à Scribis, & Phærisæis fortis instantia pro condemnatione, & punitione foeminae adulteræ, & nulla penitus de viro adultero, ibi: „Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare.“ Si autem masculus, nedum luxuriose, sed & prodige viveret, posset ei dari curator uti prodigo, per Jura adducta supra num. 95. & seq.

Maritus non potest dari curator uxori suæ, textu expresso in leg. Virum 14. ff. de curatorib. furioso, & aliis, ibi: Virum uxori mentis captæ curatorem dari non oportet, leg. Maritus 2. Cod. Qui dare tutores vel curatores possunt, ibi: „Maritus, etsi rebus uxoris suæ debeat affectionem, tamen curator ei creari non potest.“

Curatores dari possunt captivis, quantumvis majoribus, textu expresso in l. Muto 6. ff. de tutel. §. 4. in fine, ibi: „Immo curator substantiæ dari debet, ne in medio pereat.“

Item propter eandem rationem possunt dari curatores absentibus, arg. cit. leg. Muto §. 4. Alexander consil. 4. num. 5. lib. 2. & consil. 221. num. 5. l. 6. Decius consil. 565. num. 4. Angelus consil. 193. mortuo debitore, Rosignol. l. c. num. 73. & alii.

Item curatores dari possunt mutis & surdis, textu expresso in §. Sed & mente captis 4. Instit. de curatoribus, leg. Nec mandante 8. §. 3. ff. de tutoribus datis, leg. Cui eorum §. In Curatoribus ff. de postulando, leg. Vel Surdo ff. de privileg. credit.

Curatores, & tutores regulariter teneantur satisfacere, seu idoneam fidejussionem præstare, res minorum, & pupillorum salvas fore, textu expresso in princ. Inst. de satisfactione tutorum, & curatorum, leg. De die 8. ff. Qui satisfacere cogantur §. 4. & concordat tot. tit. fff. Rem pupilli, vel adolescentis salvam fore, cum similibus.

Excipiuntur tamen tutores testamentarii, textu expresso in cap. Institut. de satisfactione tutorum, & curatorum in princip. ibi: „Nam tutores testamento dati satisfacere non coguntur, quia fides eorum, & diligentia ab ipso testatore approbata est.“

Item variis aliis relictis apud Juristas videndis, excipiuntur, etiam tutores, & curatores dati ex inquisitione, textu expresso in tit. Inst. de satisfactione tutor. & curat. in princip. ibi: „Item ex inquisitione tutores, vel curatores dati satisfactione non onerantur, quia idonei electi sunt.“

Tutores & curatores tenentur administrare bona pupillorum, & minorum tali cura, & diligentia, qualem providus paterfamilias propriis bonis adhibere solet, textu

tu expresso in l. A Tutoribus 33. ff. de administratione tutor. & curator. ibi: »A tutoribus, & curatoribus pupillorum eadem diligentia exigenda est circa administrationem rerum pupillarum, quam Paterfamilias rebus suis ex bona fide præbere debet.«

- 109 Tutores, & curatores tenentur operam dare, ut ex bonis immobilibus ab ipsis administratis fructus consueti proveniant, bona mobilia minus utilia vendere, pecuniam non otiosam relinquere, sed etiam in utilem, & tutam prædiorum emtionem, & in annuos redditus ad pupillorum, & minorum emolumentum convertere; Quibus culpabili eorum incuria neglectis, obligantur ad restitutionem totius interesse, textu expresso in l. Tutor. 7. §. 1. ff. de administratione, & periculo tutor. & curator. ibi: »Si Tutor cessaverit in distractione earum rerum, quæ tempore depereunt, suum periculum facit; Debit enim confestim officio suo fungi. Et ibidem §. 3. expresse habetur: Si post depositionem pecuniæ comparare prædia tutores neglexerunt; incipient in usuras conveniri: Quamquam enim à Præatore cogi eos oportet ad comparandum, tamen, si cessent, etiam usuris plectendi sunt, tarditatis gratia, nisi si per eos factum non est, quominus compararent.« Et concordant leg. Tutor 13. leg. Si tutor 15. leg. Si minoris 25. leg. Ob fœnus 49. ff. eod. leg. Tutores vel Curatores 24. Cod. De administrat. tutor. vel curator. cum similibus.

- 110 Ad nullum tamen interesse tenentur tutores, & curatores, si factis debitis diligentis pro implicanda in prædiis, seu annuis redditibus pupillorum, seu minorum pecunia, nulla eis certa, & tuta occasio affulgeat, textu expresso in leg. Si pecuniam 3. Cod. de usuris pupillaribus, ibi: »Si pecuniam pupillarem neque idoneis hominibus credere, neque in emtionem possessionum convertere potuisti, non ignorabit Judex usuras ejus à te exigere non oportere, leg. Cum plures 11. §. final. ff. de administrat. & pericul. tutor ibi: Si tutor pecuniam pupillarem credere non potuit, quod non erat, cui crederet, pupillo vacabit.«

- 111 Salarium pro tutela accipere interdictum est tutoribus, prætequam si eis à Judice constitutum sit; leg. A tutoribus 33. §. 3. de administrat. tutor. leg. Qui negotiationem 58. §. 3. ff. eodem, & docet Glossa in leg. In eos 9. ff. de tutelis, Laymam lib. 3. tr. 4. cap. 9. num. 2. vers. Tutor sicuti: & alii passim dicentes, quod officium tutoris de Jure debeat esse gratuitum.

- 112 Nihilominus tamen non interdicitur Judici, quin interveniente causa possit tutoribus congruum salarium, juxta qualitatem causæ, laboris, & negotiorum gerendorum, & hujusmodi assignate, arg. cit. leg. A Tutoribus 33. §. 3. ff. de administrat. tutor. ibi: Nisi ab eo, qui eum dat, certum salarium ei constitutum est, & ibi Glossa, & Doctores, Bartolus in leg. In eis 9. ff. de tutelis, & in leg. Athletæ §. Tutela ff. de excusat. tutor. Cavalcanus de tutorib. & curator. num. 310. Corduba à Lara in leg. Si quis à liberis §. Si mater num. 73. ff. de liberis agnoscend. Surdus de aliment. tit. 6. quæst. 14. num. 7. Rosignolus l. c. p. 2. contract. 17. prænot. 20. num. 2. & alii passim. Immo in variis regionibus ex dispositione Jurium municipalium ibidem vigentium assignantur tutoribus, & curatoribus certæ portiones. Quinimmo curator hæreditatis jacentis habet Jus hypothecæ in bonis ejusdem hæreditatis pro suo salario cum prælatione quoad omnes alios creditores hæreditatis, licet anteriores; Mart. Medic. decis. 19. per tot. Merlinus de pignoribus lib. 3. quæst. 5. num. 30. Rosignol. l. c. p. 1. Contract. 17. prænot. 27. num. 82. & alii.

- 114 Si tutores, & curatores ab initio assumptæ tutelæ, & curæ salarium non petierint, nec de illo protesta-

ti fuerint, & postea illud petant, non est decernendum à Judice pro præterito, sed tantum pro futuro; Socinus consil. 169. col. ultim. lib. 2. Joan Gutierrez de tutor. & curator. part. 3. cap. 2. num. 4. Federic. de Senis consil. 118. num. 2. Alexander consil. 109. num. 1. & seq. lib. 6. Castrensis consil. 346. lib. 2. Rosignolus loc. c. part. 2. contract. 17. prænot. 20. num. 3. & alii.

Non possunt autem tutores, & curatores sibi ipsi salarium constituere, cum solum sit ipsis permissum illud petere auctoritate, & arbitrio Judicis, arg. l. c. A Tutoribus 35. §. 3. de Administrat. tutor. & curat. ibi: Nisi ab eo, qui eum dat, certum salarium ei constitutum est, Rosignolus l. c. part. 2. contract. 17. prænot. 20. num. 10. cum aliis ibi citatis, & alii passim.

An, & quando pupilli, & minores possint sine auctoritate tutorum, & curatorum contractus celebrare? Et an si aliquos sic celebraverint, obligentur ad illos, tum civiliter, tum naturaliter, seu tam in foro externo, quam in foro interno, seu conscientiæ? Vide verb. Contractus à num. 27. ad 35. & verb. Mutuum num. 20. ☉

Plura tametsi hic habeat Auctor, plura nihilominus essent addenda. Sed præ angustis limitibus additionum vix tria adnotabimus. Primum est, quod tempus tutelæ à lege præfinitum ad ultimum usque momentum durat, ideoque non admittitur anticipata terminatio, quamvis ad breve tempus prætensa. Confer Rot. Imolent. tutelæ super 1. dub. 13. Junii 1735. & in confirmatoria 3. Junii 1736. coram Eminentissimo Bussio.

Alterum est, quando tutor cogi haud potest à pupillo ad rationes administratæ tutelæ reddendas, si ipse pupillus effectus major, eum ab hac rationum redditione liberaverit. Idque procedit etiamsi liberatio hæc facta fuerit absque exhibitione computorum, dispunctione partitarum, & reliquatus, quia liberatio hoc modo faciendâ respicit ipsam redditionem rationis, non item locum sibi vindicat in casu, in quo tutor liberatur ab ipsa redditione rationis. Consule pariter Rot. in Ferentina redditionis rationis 23. Junii 1728. cor. clar. mem. Millino, ubi quod tutor, seu quivis alius Administrator non potest liberari hoc modo quoad futuram administrationem, ne detur occasio peccandi; potest vero quoad administrationem præteritam, secluso præsertim dolo.

Tertium demum est, quod tutor haud potest reportare cessiones contra pupillum, & ita quidem, ut si quas reportaverit, eæ cedant beneficio ipsius pupilli. Intellige vero, si agatur de cessionibus à tutoris reportatis mala fide, eo scilicet animo, ut lucrum faceret contra pupillum, ut sunt cessiones concernentes Jura litigiosa, vel minori pretio comparata. Confer idem Supremum Tribunal in Romana Censuum 27. Junii 1738. §. Nec obstat, cor. clar. mem. Tanar. inter impressas decis. 120. num. 6.

(Efficere hic adnotationem, duobus de causis omitti poterat, quia tit. 16. p. 6. cum Auctoris doctrina fere convenit: præterea in verb. Testamentum, in add. novis. late extensa, insinuatio ejus quod continet, jam præcessit; ceterum, cum subsequenter titulus de excusationibus tutorum, & de suspectis loquens numeretur, omnia in eis contenta inserere, à ratione non erit alienum.

Titulus 16. in quo de tutelis, & curatellis agitur, unam & viginti decisiones amplexatur: tutelæ definitio in prima reperitur, nota est omnibus: masculi, quatuordecim, & fœminæ duodecim annis minores, velint, nolint, eam admittere tenentur, pupilli non solum, verum etiam bonorum gratia constituitur: ad utilitatem ejus tota refertur: sed rei certæ,

☉ Sustinenda non est A. doctrina, in quantum asserit, salarium pro tutela accipere, interdictum tutoribus esse: decimam omnium fructuum, de bonis minorum provenientium, regulariter tutoribus debetur (1).

(1) L. 2. tit. 7. lib. 3. For. Ibi: Y tome para sí el decimo de los frutos por razon de su trabajo; y

quando vinieren á edad dexeles todo lo suyo ante el Alcalde por el escrito que lo rescibió.

tæ, vel singulari tutor dari nequit: hoc equidem pro certo judicatur, quando per se solus tutor nominatus omnes obligationes, quibus obstringitur, potest adimplere, sed dum pupilli patrimonium ab uno non facile administrandum venit, & cur alius dandus non sit, fundamentum non comprehenditur, præsertim hodie, cum prout in communi tutoris & curatoris nomina confundantur, promiscueque accipiantur? solum notatur differentia quod tutela principaliter (vid. ex num. 14.) in personam dirigitur, consequenterque in bona, cura e converso: reminisci convenit leg. 11. ubi de pluribus tutoribus, qui super administratione dissentiunt, loquitur: conventum inter eos servabitur: discordia non sedata, iudex ex eis, quem sibi utiliore visus fuerit eliget: leg. 17. non obliviscaris, in ea fit mentio de pupillo plures tutores habente; triplicem esse tutelam per leg. 2. 5. in fin. & 9. 10. 12. determinatur: (in multis supra & infra relatis, & referendis ad rem lex 2. tit. 7. lib. 3. For. Reg.) à doctrina ex num. 3. ad 7. parvum aut nullum discrimen advertitur; filiis omnibus, dummodo sint in sua potestate, natis (etiam posthumis) pater ac avus (leg. 3.) tutorem dare potest: iste vero, nisi in illius non sit potestate recasurus; sub tutoris directione ad decimum quartum masculi, & ad duodecimum foeminae (leg. 12.) cum eorundem bonis debent persistere; ad tutelam (leg. 4.) non sunt admittendi mutus, surdus, furiosus, mente captus, prodigus, nec qui bonis moribus haud sit præditus, (vid. postea tit. 18. in leg. 1. Consonat leg. 1. tit. 7. lib. 3. For. Reg.) minor quinque & viginti annis, (per hanc leg. 1. vicesimus sufficiens considerabatur) Episcopus, monachus, (vid. lit. R. pag. 37. num. 178. & ibi lit. C. pag. 170. in add. hisp.) nec quisquam alius monasticam vitam profitens; (leg. 14.) clerici seculares non excluduntur, & videtur legitimam solum comprehendere, eo quod asseritur, ratione consanguinitatis tutelam, intra quatuor menses se ante secularem iudicem præsentando, ab eisdem, sive in sacris, sive in minoribus petendam esse; pupilli debitores exclusionem quoque patiuntur, non si ad testamentariam vocantur: regionum redditum conductor, seu exactor, aut qui aliter ad regia ratiocinia tenetur, sunt liberi, sicut miles, quacumque forma ad id munus obeundum impeditus: mulier numquam tutrix esse potest, matre, aviaque exceptis, dum coram iudice (3. For. Reg.) polliceantur, se non esse in matrimonium collocandas intereaquod in tutela persistierint, & renuntiatio Senatus Consulti Vellecianis sit effectum (leg. 95. tit. 18. p. 5.) sortita: ceterum si nupserit, (leg. 5.) illico iudex ex tutela pupillum deducet, propinquiorique non prohibito eandem commendabit: si versus filium ex parte matris tutricis superest aliqua obligatio, pro tali tutelæ debito tam ejus bona quam illius (cogita) cum quo matrimonium iniverit, obligationi subjiciuntur: nil de avia in præcitata lege pertingitur, mi videtur hæc omissio magna fuisse discretionem exequuta, nam in legibus id, quod plerumque (lit. E. pag. 156. num. 99.) non quod raro evenit, sequimur: ideo, cum non facile credatur, aviam maritandam, de matre, non de avia fit mentio, quare casu eveniente, tutela absdubio privabitur: secus enim hæc quid in avia per leg. 4. etiam requiritur pollicitatio non contrahendi, & dicto Senatus Consulto renuntiandi? licet hoc fundamentum insuper haberetur, cum eadem sit ratio in una quam in altera, erit (lit. A. pag. 198. num. 15.) eadem legis dispositio; leg. 6. præscribit, mater quomodo, patre non superestite, filiis tutorem dare poterit, videlicet si instituantur hæredes, nihilominus debet à iudice confirmari, nisi ex prohibitis talis procedat nominatio: non institutis quamvis pars aliqua eisdem fuerit relicta, in potestate erit iudicis ejus confirmatio; servo proprio tutore à patre nominato, (leg. 7.) tutor erit, ac eo ipso libertatem consequitur, etsi tutelam non accipiat: sed si minor iste fuerit, usquequo vicesimum quintum annum impleverit, onus non accipiet; clare, & evidenter debet de persona nominati constare, quia, si non apparet de quo testator senserit, tutoris datio (Consonat addit. hisp. lit. L. pag. 253. Conducunt leg. 23. &

25. tit. 11. p. 5.) non subsistit; legitimis non solum est patri facultas tutorem nominandi, sed etiam naturalibus, (leg. 8.) ad minus ad tuendum eos, & bona ab ipso relicta, tamen à iudice confirmandus: idem contingit in extraneo, pupillo hærede instituto, si tutor à benefactore constituatur: omnibus equidem pure, sub conditione, & ad tempus dari potest; de obligationibus legitimorum in leg. 9. tractatur: satisfacere (leg. 94. tit. 18. p. 3.) tenentur, in commodum pupilli omnia gerenda: in ejus præjudicium nil; in leg. 10. de eo, qui servum manumiserit, agitur, nam per hoc tutor designatur, ut pote, filiis, parentibus, consanguineisve deficientibus, hæres ejus erit manumittens seu patronus: (ad idem lex 10. tit. 24. p. 4.) pupilli à patre emancipati iste illius erit tutor; de leg. 11. vid. sup. in princip.; in duodecima de dativo loquitur: mater, ceterique consanguinei, qui ab intestato æstimantur hæredes, si tutores noluerint esse (reflectite, nam si quem sequuntur &c. Leg. 4. tit. 15. p. 2. 23. in fin. tit. 5. p. 5. 10. tit. 16. p. 6. 29. tit. 34. p. 7. et nisi justa detur excusatio, compellendi videntur: nec æquum consideratur, alios gravari qui utilitatem tam manifestam non consequuntur) ante iudicem, ut detur, sollicitabunt: contra se gerentes sibi jura ratione successionis competentia amittunt: iis deficientibus, quilibet de populo ad tutorem petendum ante loci iudicem, in quo pupillus moratur, natus, ejus pater, vel ubi majorem partem habet bonorum, comparare valet, & à iudice designatum pupillus ignorans, atque invitus debet admittere; in leg. 13. de Curatoribus est sermo, dum decimum quartum annum compleverint, & licet quinque & viginti annis sint majores, si furiosi, mentisve haud compotes fuerint: verum per eandem determinatur, invitum minorem non debere curatorem præterquam in litem admittere: eis, per ætatem res suas bene administrare nequeuntibus, dantur tutores, & curatores: fragilis, atque infirmus esse iudicii censetur: si per leg. 4. præscribitur, inter rationes, ob quas mater Senatus Consulto, ut sit tutrix filiorum suorum, renuntiare debet, unam esse, ne homines à contractibus in favorem minorum celebrandis retraherentur, cum solum teneant contractus (leg. 17.) ab ipsis facti, si in suum commodum celebrantur, quid dicam non invenio, si permitteretur, minores XXV, majores XIV. sine Curatorum auxilio regi: venerit illico in mentem, quod erat in favorem, in suum retorqueri detrimentum: verbum præter, in leg. ibi fueras ende:: nil aliud demonstrat quam, extra negotia ad iudicium, invitos ad curatoris admissionem non esse compellendos: per leg. 12. decernitur, debere iudices curatorem adolescentibus dare, statim ac quatuordecim, & duodecim impleverint, verbum debent in leg. debent: necessitatem (Lit. C. pag. 14. num. 15.) importat: frustraretur dispositio, quæ executionem meretur, si esset expectandum eorum beneplacitum: inter exhibitas hasce assertiones medium est eligendum, hodie, cum numquam absque curatorum auxilio regantur, iudex, & minor deliberate procedent, illique cura demandabitur qui ambobus placuerit, ideo hujus assensus est iudici exhibendus, itaut, si iudex unum nominaverit, minor alterum, atque inter nominatos nulla detur differentia, æqualibusque circumstantiis uterque ornatus reperiatur, electus à minore (mi videtur) onus accipiet: etiamsi à iudice designatus optimis moribus fuerit præditus, tunc alius à minore nominandus, eo quod rationi non congruere videtur, cum minor & curator invicem officia præstent, & accipiant, aliquem (vid. ad rem leg. 11. tit. 10. p. 5.) invitum retinere, præsertim de minori loquendo, cum negotium suum geratur, intenditurque res suas per alium administrari: de memoria non elabatur, hodierno tempore posse qui tutelam acceptavit, in curatela prosequi; circa leg. 14. vid. sup. Lex 15. præfinit, curatorem inventarium bonorum coram iudice, publicoque tabellione (Leg. 2. tit. 7. lib. 3. For. Reg.) conficere teneri: rejicitur ut suspectus nisi justum impedimentum ad ejus confectionem fuisse probaverit: hodie, cum praxis admittat, statim ac minores deserti ma-

ment, iudices auctoritatem suam interponere, nulla detentio super hoc est facienda, quia sic proceditur, *describuntur omnia, æstimantur, calculatores* (per *Auct. Acc.*, seu *Supremi Consilii Castellæ resolut. 11. Aprilis an. 1768.* fuit præceptum, regionum Senatum Advocatos cum eodem objecto nominandos, propterea quod in hac curia matritensi ex eorumdem collegio designantur) eliguntur, fit partitio, atque, deductis deducendis ex corpore fortunarum vulgo *Cuerpo de Hacienda*, adjudicatio, lingua vernacula *Hijuela*: (vid. *tit. 15. hujus p. verb. Testamentum, in novis.* vid. etiam *verb. Subcessio ab intestato, ad verbum* que Hæres, gradum revoca) tunc temporis ea tutori vel curatori traditur, ut quæ sunt administranda, in conspectu habeantur, nec ignorantia laboret: sicut bonus paterfamilias suum munus exercebit; eidem tutori, & curatori incumbet, exactam præstare diligentiam, ut pupillus seu minor legere, & scribere (*leg. 16.*) discat, ceteraque suo statui necessaria, naturæ ejus attentis circumstantiis, rationeque habita divitiarum &c. alimenta quoque (judiciis arbitrio *leg. 20.* eidem) (*leg. 2. tit. 7. lib. 3. For. Reg.*) præbendo; nomine pupilli seu minoris curator eundem defendet in iudicio per se, non per alium: praxis nos docet, quod curator ad bona in eorum regimine intendit, major XIV. ann. si fuerit minor, per eundem ad litem nominabitur: sed prædictum tempus non habente, in locis, ubi suprema resident tribunalia, magnæ civitates, & oppida sunt sita, iudex ex procuratoribus unum debet seligere, onusque discernit, exceptis minoribus prout in communi ex magnatibus descendentes: aspexi sæpesæpius in hac regia matritensi curia, Advocatum, prædicti cœtus alumnum, curatorem ad litem, dum de magnatum curatela seu minoreitate tractatur, nominatum, qui ad supremum Castellæ Senatum se sistit, & juramentum præstat; per *leg. 18.* curatoribus res minorum, immovibiles præsertim alienare prohibetur, necessaria causa haud interedente, neque, ea astante, nisi iudicis decreto: (*Lit. A. pag. 87. col. 2. Lit. D. pag. 120. col. 2.*) maxima dum non adsit necessitas, domus paterna, seu avita, nec servi, perquam antiqui in familia distrahendi veniunt; *leg. 19.* ubi, & per quas personas orphanum educandi, determinat: quod pater, aut avus in sua ultima dispositione juste decreverit, observabitur: verum, si nil esset provisum, iudicis erit propria assignatio, aut probum virum, versus minorem benevolum, in ejus commodum omnia dirigentem, eidemque ab intestato non successurum optabit: ceterum, si mater honesta fuerit, apud se nutriendus donec in viduitate permanserit: hic forte aliquis consistet, & quorsum spectet sic determinatum, interrogabit? videtur etenim esse prænotatum, consanguineum propinquiorem minoris tutelam obtenturum, testamentariis, matre, & avia deficientibus, quare animadvertitur, eandem causam, ne vitæ ejus insidiantur, versari in utroque; per consequens si, dum est inquirendus locus in quo, & quibus personis debet orphanus nutrirî, extraneo est committendum; & cur, dum tutela defertur, legitimo suo in casu deferenda, licet sit minor tali ætate constitutus (vid. *verb. Testamentum*) in qua ultimum nequit elogium condere, eoque deficiente, necessario (vid. *verb. Subcessio ab intestato*) hæreditas legitimis defertur? quamvis hæc obvia videantur, in eorum consensionem distinctio inter tutelam, & curam est efficienda: de ambabus est actum, ac si in *leg. 12.* animadversum perlegeris, etiamque quæ praxis admittit, videlicet tutela per quatuordecim, & duodecim implementum finita, nisi justa obveniat tutoris excusatio, continuatur cum nominis dumtaxat variatione: (vid. *sup. in leg. 1.*) quapropter hodierno stylo, & praxi convenire hæc nequit dispositio, præcipue quando ratio versatur eadem in tutela ac in cura, ac major in illa, ut consanguinei non admittantur, immo nec mater, avia, ceterique ascendentes erant admittendi, nam jus subcessionis ab intestato æqualiter procedit; in *leg. 20.* de alimentis quæ, & de quibus assignanda, (vid. *sup. leg. 16.* de fructibus & redditibus salva substantia rerum si vires ejus patiun-

tur, *leg. 2. tit. dict. & lib. For. Reg. mente retine* quæ sub alimentorum nomine *lit. A. pag. 97. n. 12. & lit. B. pag. 423. num. 31.* exponuntur) decernitur; per dicti temporis implementum (*leg. 21. vid. etiam 12.*) tutela finitur: morte vel deportatione (vid. *verb. Bannitus*) utriusque, tam tutoris quam impuberis: quolibet eorum in servitutem, captivitatemve redacto: sub conditione, ac determinato tempore conlata, quia ea adveniente, hocque impleto, incipit, ac finitur, sicut si in adrogationem se dederint, nihilosecius obtinere, dum justa excusatio à tutore proponitur, & fuerit admissa, seu haud injusta intercedente causa, removeatur: casibus queiscumque per eandem descriptionem tenetur rationem (Vid. *leg. 2. For. Reg.*) reddere: ad damna resarcienda non solum est obligatus, verumetiam fidejussor, hæredesve ejus: bona non liberantur, quoniam tacitæ hypothecæ sunt subjecta; (*lit. H. pag. 239. num. 12. & in add. hisp. novis. in princ. col. seq.*) De Curatoribus eadem debent comprehendere, sicut per ætatem toties præventam finitur tutela, ita per viginti quinque annorum cura (*leg. 12. sup.*) ad exitum perducitur: (vid. *leg. 2. tit. 7. lib. 3. For. Reg.*) præterit me fundamentum, cur quæ referuntur circa durationem tutelæ, locum in cura non haberent? (Vid. *leg. final. tit. 17. huj. p.*) ex quo veluti fit patens, causas, ob quas tutela finitur, ad curatelæ conclusionem regere easdem, *ex. gr.* Curatore sub conditione, vel ad tempus dato, quis dubitat, quin, conditione impleta, res minorem curare incipiet, & tempore transacto, alius est nominandus: memoriæ demanda, an istud sit propositum ut terminus à quo, vel ut terminus ad quem. Nil de satisfactionibus inseritur: *leg. 1. tit. 7. lib. 3. For. Reg.* deciditur, mentis compotem, bonæ existimationis, & divitiis abundantem esse debere qui hujusmodi onera subire voluerit, secus enim, contemnitur, nec est admittendus: (vid. *sup. leg. 5. & 9.*) in illa, si damnum aliquod fuerit passus minor, bona matris, & cujus, cum ea (cogita) contrahit, obligationi subjiciuntur: in hac disponitur, esse à legitimo fidejussorem constituendum: per *leg. 11.* designatur (vid. *sup.*) quod, si fuerint plures tutores, nec inter se conveniant super administratione, majorem offerenti securitatem est tutelæ onus deferendum, in eadem securitate omnibus conniventibus, à iudice debet eligi quem sibi magis utilem esse videatur, indemnitate oblata præeunte, dumtaxat superadditur, prout in communi omnes satisfacere teneri, nec tutelam eis demandari, cautione nisi præstita: semper qui tribunali præest, ut pote eidem nomen *Pater Minorum* bene convenit, omnibus modis indemnitati eorum erit consulturus: ideo à satisfactione qui sint eximendi, à iudice dependet, quia, licet non sæpesæpius contingat satisfactionis omissio, aliquando evenire poterit, præsertim in illis, qui, facta diligenti inquisitione, nominantur.

Lex 3. tit. 15. p. 2. hic inserere quam conveniens fuerit, ex ipsiusmet lectura patefit: in ea agitur, quis tutor debeat nominari, si, rege decesso, in minori ætate successor sit constitutus: quod à prædecessore sit præscriptum, obtemperabitur: si nil disposuerit, congregabuntur Prælati, Optimates, & cives honorati, à quibus est tutor eligendus: poterit unus, tres, seu quinque, nil amplius, selegi: quibus qualitatibus ornati esse debeant huic muneri incumbentes, decernitur, octo recensentur, videlicet debent *Deum timere, regem diligere, esse illustri genere nati, hujus regni originarii, subditi, peringeniosi, bonæ existimationis, qui, posteaquam rex ex hac vita discesserit, spe careant successionis*: juramentum ab electis præstabitur, & quæ comprehendet, demonstratur: quousque vigesimum annum impleverit, sic regnum administrabitur, masculus si fuerit, fœmina vero, donec matrimonium contraxerit: (de regni successionem in hispania vid. præced. *leg. 2.* per quam filia ad ejus successionem vocabatur, masculis filiis non extantibus: hodie, nisi defecerint isti omnes, atque eorum descendentes, (de posteris ex regia prosapia Invictissimi nostri Catholici Principis D. D. Philippi V. loquitur) fœ-

minæ, licet melioris sint lineæ, & gradus (*Auct. Acc. 5. tit. 7. lib. 5. Recop. Castellæ*) exclusæ manent) matre regis impuberis superstite, primæ erunt ejus, & principales partes: major omnibus consideratur, poteritque tutelæ officio fungi quamdiu ad alias nuptias se non venerit: inde etiam est, testamentarios tutores eandem præcedere.

Non est prætermittendum, *glossa 3. ibi: de veinte años::* memoriæ tradere, eo quia in ea fit mentio ordinamenti regis catholici DD. Alphonsi, & proponitur quintodecimo anno incepto regem regni gubernacula assumere, ejusque tutelam cessare: tempore D. D. Henrici III. ac D. D. Joann. II. id accidisse, in conventibus matritensibus anno 1393. atque 1419. aperte demonstratur, sic in prædicta glossa perlegitur.

Titulus 17. excusationes, propter quas tutores à prædictis oneribus eximi possunt, proponit: juxta *leg. 1.* est excusatio justæ causæ manifestatio in judicio facta, qua fit patens ad onus tutelæ sebeundum, seu in ea prosequendum non teneri; quinque liberos (*leg. 2.*) naturales & legitimos superstites habens excusationem meretur, (*vid. num. 15. in add. nov.*) licet aliqui in prælio cæciderint, nam in eo amissi in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur: rei fiscalis administrator, regionumve reddituum exactor, rerumque patrimonialium, absens reipublicæ causa, jurisdictionem exercens, hi omnes liberantur, vacationemque obtinebunt, si dum in exercitio manent, deferatur, sed judices antea susceptam deserere non valent, & absens, quatenus abest, & tunc, intereaquod redierint, alius subrogabitur: reversi per anni spatium à tutela excusantur, nec, nisi voluntarie accepta, ad novam sunt cogendi: justa erit excusatio, lite inter minorem & tutorem mota, cujuscumque quantitatis, seu rei his ventiletur, quia, etsi per hanc legem, nisi de omnibus bonis vel hæreditate sit quæstio, excusatio videatur locum non habere, semper removetur: ratio est perquam manifesta, quoniam, ut supra est assertum, minorum debitores ab hisce oneribus eximuntur: excusantur etiam qui tria hujusmodi onera substinet, itaut, si alia committatur, accipere non tenetur: pauper, qui manuum suarum victum quæritat, infirmus, literas nesciens si tali laboret ignorantia quæ sufficiens ad excusationem judicetur, patri pupilli capitalis inimicus, nisi fuerit reconciliatio facta, qui super statum judicialiter contendit, & vult in servitutem redigere, sive orphani à patre actio in judicium sit deducta, seu per eum, qui tutor est nominatus, in patrem: annorum major septuaginta, & minor quinque ac viginti excusantur; juste (*leg. 3.*) excusationem merebuntur militiæ (*vid. verb. Miles*) adscritus, artes scilicet (*vid. verb. Magister in add. nov. pag. 10.*) grammaticam, rethoricam, dialecticam, philosophiam docentes, jurisprudentiam qui profitentur ac regio servitio dicati tamquam iudices & principis Consiliarii, medici, (*vid. verb. Medicus pag. 60. in nov.*) tutor alicujus ab ejus cura, atque maritus à conjugis curatela: hoc casu ad judicem maritus comparere tenetur, ut alius designetur: quamvis credendum sit, maritum recte uxorum bona administraturum, non fallit aliqua damna in eis posse evenire, non ex malitia sed forte ex desidia provenientia, tuncque inter homines sincero corde haud se gerentes ratio administrationis difficile redderetur; (*vid. sup. num. 15.*) *lex denique 4.* tempus, & modum excusationes proponendi præfinit: à die scientiæ intra quinquaginta absque interruptione numeratos debet excusatio judici exhiberi, si intra centum milliaria distet: si extra habitet, vel abfuerit, pro ceteris viginti miliaris una erit dies, & insuper triginta: causa excusationis intra quatuor menses à die scientiæ est diffinienda: non admissa prædicta causa, interponenda appellatio; (*vid. lit. J. pag. 324. col. 1. in add. nov. cum suis remis.*)

Jam quod in *verb. Milliarium*, incidimus, non erit res admiranda, si de leucis, passibus, digitis, & diætis agatur, adminus ut animadvertatur quantum nostræ decisiones comprehenderunt: *lit. E. pag. 160. numer. 70.* dicitur, decem leucis diætam constare: ibi citantur leges, in quibus tractatur de distantia, intra

quam Judices Conservatores Universitatum cognitionem judicalem suam exercere possunt: per *leg. 18.* præscribatur per quatuor diætæ, quadraginta leucas per consequens comprehendentes, sed per *leg. 20. & 21.* juxta Bullam Sanctitatis D. Innocentii VIII. (rexit ecclesiam post Sanctissimum Patrem D. Sixti IV. qui pridie Idus August. anno 1484. migravit è vita) ultra duas diætæ exerceri nequire; *lex 25. tit. 26. p. 2.* milliaria commemorat: asseritur in ea, ter mille passus leucam facere, & milliarium passibus constare, quare, si ex tribus milliariis leuca componitur, centum milliaria, in *leg. 4.* præfinita, tres diætæ, tres leucas, & unum milliarium designant: *lex 4. tit. 13. p. 1. (lit. C. pag. 6. in novis. add.)* de sepulturis, & earum spatio tractat: quod quidem spatium ex passibus constat, passus quinque pedibus, & pes digitis quindecim, ex quo patet, quindecim mille pedes, ac quadraginta quinque mille digitos leucam habere. Vid. D. Ælium Antonium Nebrissensem, & P. Petrum de Salas in suo *verborum elencho seu indice*, & D. Covarr. *lib. 2. variar. cap. 20. num. 20.*

*Titulus 18. de suspectis agit: suspectus dicitur qui non bene in bonorum administratione se gerit, aut bonis moribus orphanum non instruit: removendus licet dives, & satisfactionem offerat: (hic concedi videtur non omnes tutores in obligatione satisfaciendi (vid. sup.) esse constitutos) nam, si est commune proloquium, *animum, non mores mutat qui trans mare currit*, atque juridicum axioma (*Reg. 33. tit. 33. p. 7.*) *semel malus semper præsumitur malus*, numquam est eidem confidendum: ob paupertatem nullus debet removeri, si bonis moribus sit præditus, diligens fuerit, & fidelis: (*vid. sup.*) ut suspectus removetur qui alterius bona male administraverit, eundem non bene instruit, qui pupilli inimicus, consanguineorumve ejus fuerit repertus, pupillo alimenta non præstat cum possit: inventarium bonorum qui non conficit, in judicio vel extra, eum non defendit, seu tuetur, denique qui protinus ac scivit, tutorem esse nominatum se occultat, etiam ut suspectus removendus venit; præcedentia à *lege 1.* confirmantur; *lex 2.* refert quibus insit facultas accusationem hanc proponendi in judicio: prout in communi cuique è populo competit, sed matri, aviæ, sorori, nutrici præsertim incumbit; omnes possunt, masculi sive foeminae fuerint, dum pietatis ratione moveantur: impuberes excipiuntur, isti enim, nisi propinquorum consilium intercedat, accusare ut suspectos, suos tutores nequeunt: inter tutorem, filiis natis, sive nascituris datum, differentia non constituitur, neque inter tutores, siquidem cujuscumque fuerint qualitatis scilicet *testamentarii, legitimi, seu dativi*: coram iudice, ubi sunt pupillorum bona sita, actio instaurari debet, sed audientia (*Idem lex 3.*) accusato non est deneganda; (*Inter alia in hisp. add. & novis. vid. verb. Accusare & Accusari qui possint, Appellatio, Forum, Judex, atque Judicium*) *lex 3.* asserit, ex officio, in suspectum, nemine accusante, posse judicem procedere, ac intereaquod lis vertitur alius qui pupillum, ejusque bona regat, & custodiat, debet eligi, quia causa cognitionis pendente, interdicitur administratio; (*Vid. in add. nov. cum suis remis. lit. R. pag. 194.*) *lex 4. seu finalis* pœnas in eos, qui, ut suspecti remonentur, determinat: dolo intercedente, si fraus in bonis evenerit, hac de causa infamis (*vid. verb. Infamis*) æstimatur, & damna arbitrio judicis (*Ad rem lit. R. pag. 158. in add. nov. per tot.*) resarcienda: ceterum, malitia supersecente, verum à tutela ob negligentiam, segnitiem &c. tutor revocatur, infamia abstergitur, aliusque nihilominus statim nominandus: concludit *lex* quæ de tutore in hoc titulo decernuntur, in curatore locum habere.*

Titulus 19. de restitutione in integrum pertractat: etiamsi sufficere videbatur Lectorem ad lit. A. pag. 87. lit. R. ex pag. 148. ad 151. col. 1. & lit. T. pag. 54. prope fin. add. nov. remittere, ut, recognitis omnibus inibi expositis, aliquam notionem acquireret: nihilominus de utroque titulo 25. p. 3. & præsentis quid

amplius notum fiet; In vigesimo quinto de restitutione in integrum concedenda adversus rem judicatam pertingitur, si læsio aliqua minori (*Proæmium & lex 1.*) acciderit: non habet locum, quando iudicium fuit prosecutum sine curatotis assistentia (*sup. tit. 16.* tunc non est necessaria restitutio, nam nulla est prolata (*leg. 2. vid. leg. 11. tit. 2. p. 3.*) sententia: in iudicio debet deduci restitutio à minore cum sui curatoris interventione: contra quem (*leg. 3.*) producitur, audiendus: circa quod versetur restitutio, in pristinum statum reponitur, & noviter tam minori quam adversario audientia non denegatur: restitutionis causa pendente, nil innovari oportet: non est restitutionis locus, si lis coepta in minori ætate, in majori terminetur: coram (*leg. 4.*) iudice, per quem fuit instantia definita, seu ejus superiori, debet peti restitutio: intra minoreitatis tempora usque ad annum 25. impletum potest intentari, & à iudice est concedenda, si fraus, error, levitas, de-

fectus in Advocatorum peroratione, novorum instrumentorum inventio &c. unde damnum minori obvenerit, fuerint satis ostensa: in probatione si defecerit, iudicium (*leg. 4. tit. 14. p. 3.*) nec retractatur, nec rescinditur.

In titul. decimo nono decem leges reperiuntur à quacumque læsione alterius dolo, instabilitateve eveniente per restitutionem in integrum minores liberantur: discrimen inter hunc ac præcedentem titul. in eo consistit, quia *in titul. 25.* de restitutione adversus rem judicatam specialiter tractatur: *in 19.* universalis est decisio, ut pote conceditur, si jacturam minor sive in rebus, contractibus, seu sententiis sit passus: summam pertingam: restitutionis descriptio notatur: quibus ex causis & rationibus: quibus competat: casus referuntur in quibus ingredi nequit: ubi est intentanda, coram quo iudice &c.)

V.

VACANS SEDES.

- 1 * **V**ACANTE Sede Apostolica Major Pœnitentiarius, seu ejus Officiales facere, & expedire possunt quæcumque ad forum conscientie pertinent. Ideo absolvere, seu absolvi mandare in dicto conscientie foro possunt ab iis quoque censuris, à quibus alias vivente Pontifice adempta etiam Majori Pœnitentiario, & Pœnitentiariæ officio absolvendi facultas reperitur. Hac tamen lege, quod in hujusmodi censuris, ad tempus dumtaxat, & cum reincidentia in easdem servatis alias servandis, absolutio concedatur; Itaut qui fuerint absoluti, ad novum Pontificem intra terminum pro locorum distantia definiendum, recurrere pro eadem causa teneantur; Neque liceat Pœnitentiario Majori, ejusque Officialibus præfinitum terminum post Pontificis electionem ampliare, vel prorogare; Benedict. XIV. tom. 1. constit. 95. *incip.* Pastor bonus §. 51. qui à §. 52. *ad 55.* prosequitur declarare facultates Sede Vacante Majori Pœnitentiario competentes, *ibi* §. 52. „Præterea concedimus, „ut si quando aliquod gravius Animæ periculum imminet, cui celeriter occurrendum videatur, re in Signatura diligenter examinata, & Majori quoque Pœnitentiario, si in conclavi degat, pro materie gravitate consulto, & approbante, dispensare, aut dispensari mandare pro eodem foro conscientie valeant; super illis etiam, super quibus alias vivente Pontifice inhibita sit Majori Pœnitentiario, & Pœnitentiariæ dispensandi facultas; Ita tamen, ut Oratores, sicuti superius dictum est, ad novum Pontificem post ejus electionem similiter debeant recurrere; aliisque appositis clausulis pro casus natura necessariis, & opportunis.
- 4 „Pro foro vero externo, eadem Sede Apostolica vacante, earum officium penitus conquiescat, itaut à quibuscumque matrimonialibus, & aliis dispensationibus, & absolutionibus, ac declarationibus, nec non quibusvis expeditionibus forum fori mixtim, vel separatim quomodolibet respicientibus omnino abstineant.
- 5 „Attamen concedimus, ut dicta Sede vacante, pro foro externo facere, & expedire valeant, quæ ad Regularium, & præsertim Apostatarum, & fugitivorum remedium, in superioribus facultatibus concessa sunt. „Nec non ut Monialibus Confessarios extra Ordinem valeant deputare, si eos ex aliqua rationabili causa petierint, pro earum libitu inter approbatos ab Ordinario ad audiendas Monialium Confessiones eligendos.
- 6 „Et demum, ut illos, qui in aliquam censuram Sedis Apostolicæ resarvatam, etiam ob violatam Ecclesiasticam libertatem, vel Immunitatem publice incurserint, vel incurrisse declarati fuerint, & vere, ac

sincere pœnitentes, & novi Pontificis, ad quem post electionem recurrere debebunt, mandatis obtemperare parati, beneficium absolutionis sibi ulterius non differri enixe deprecantur, absolvere cum reincidentia, quemadmodum in superioribus dictum est, vel absolvi mandare possint.“

Vacante Sede Apostolica, Processio Generalis Corporis Christi celebrari debet apud Vaticanam Basilicam; Idem const. 122. *incip.* Pastoralis sollicitudinis §. 3. ubi *seq.* præscribit etiam Ritus, quo ibi celebranda, est dicta processio. *

Reliqua, Vide *verb.* Sedens vacans.

VACATIO, VACARE.

VACATIO per mortem, & renunciationem non sunt eadem, nec eosdem causant; *cap.* Susceptum, *de rescriptis in 6.*

Vacant ecclesie, beneficia &c. per promotionem alicujus ad Cardinalatum, nisi à Papa concedatur retentio; Sixtus V. constit. 79. *incip.* Sanctissimus.

Vacant Præceptorie Militie S. Joannis Hierosolymitani, quando milites, seu Equites fiunt Episcopi; Gregorius XIII. constit. 82. *incip.* Controversia.

Vacare censentur loca Montium vacabilia per assumptionem ad Cardinalatum; Urbanus VIII. in Appendic. const. 38. *incip.* Decet:

Vacare non intelliguntur Officia Romanæ Curie per mortem vacabilia ob assumptionem ad Episcopatum, Commendam &c. sed per assumptionem solum ad Cardinalatum; Urbanus VIII. in cit. const. *incip.* Decet: revocans quoad hoc const. 79. Sixti V. *incip.* Sanctissimus:

Quoad beneficiorum vacationem ipso Jure; Vide *verb.* Beneficia art. 7. *per tot.*

Quoad collationem, & provisionem beneficiorum vacantium; Vide *verb.* Beneficia art. 3. 4. & 5. *per tot.*

* Vacatio beneficiorum inducitur pro solemnem professionis emissionem; Benedict. XIV. tom. 2. const. 25. *incip.* Ex quo: ubi sic expresse declarat; Denique de beneficiorum vacatione, in jure statutum habemus, eam non induci per solum ingressum in Religionem, sed per professionem Regularem dumtaxat, quemadmodum videre est *in cap. Beneficium, de Regular. in 6.* Et quidem pro eo tempore, quod inter ingressum in Ordinem Regularem, & Professionem solemnem intercedit, debet Episcopus quoad Beneficia curata id ipsum agere, quod alius præstare consuevit, quum Parochus aliquo impedimento detinetur, ne amimarum curam

- ram exercere valeat; quoad beneficia vero choralia, relictis tyroni religioso, qui choro interesse nequit, ipsius beneficii fructibus, de distributionibus ita statuet, ut jura præscribunt, juxta opinionem in praxi receptam, de qua agit Saurez *de Religione tom. 3. lib. 5. capit. 16. num. 12.* Quinimmo si quis forte Religionem ingressurus, beneficium suum dimitteret (quo casu potest Episcopus per constitutionem LVIII. S. Pii V. hujusmodi renunciationem admittere) vel etiam si tempore Novitiatus hujusmodi dimissionem expleret, servatis omnibus, quæ ex præscrito Sacri Tridentini Concilii cap. 16. sess. 25. de Regularibus, tam in bonorum temporalium, quam in beneficiorum ecclesiasticorum renunciationibus servari debent, nihilominus omnia in suspenso remanere deberent; neque posset Episcopus ad beneficii sic dimissi collationem devenire, nisi post factam à dimittente solemnem Professionem; uti late ostendit doctus, & in hoc toto rerum genere expertissimus Scriptor, bon. mem. Joannes Baptista Rigante, in suo commentario ad Regulas Cantuariæ tom. 3. regul. 46. num. 11. ad finem. Non vero inducitur dicta beneficiorum vacatio per votorum simplicium emissionem in Societate Jesu, transacto probationis biennio; Idem *ibid.* Decretum est autem in Congregatione Generali quinta ipsius Societatis, ut quilibet expleto biennio, beneficia ecclesiastica dimittat; Idem *ibid.* sic expresse prosequens:
- 13 Quia in rem olim dubitatum est, an vota simplicia, quæ à Clericis Regularibus Societatis Jesu, post biennium probationis emittuntur, hujusmodi beneficiorum vacationem inducerent? Sed negativa Sententia communiter recepta fuit, ut observat laudatus Riganti *lege cit. num. 30. & seq.* & monet Pironius *discept. 126. num. 11. & seq.* Quamvis in Congregatione quinta Generali ipsius Societatis Canone 19. statutum fuerit, ut qui Societati nomen dederit, expleto biennio, antequam vota simplicia emittat, ecclesiastica beneficia dimittere debeat: quo casu hujusmodi beneficia, si minus propter professionem, at propter renuntiationem vacare intelliguntur; ut notant Sanchez *ad præcepta decalogi lib. VII. cap. 4. num. 7.* Pellizarius in *manual. tom. 1. tr. 3. cap. 4. num. 52.* cum aliis, quos citant præfati Rigant. *loc. cit. num. 32.* & Piton. *n. 12.* Hæc ille.
- 16 ¶ In addit. ad *verb.* Beneficium art. 7. disseruimus de vacationibus Beneficiorum ipso Jure. Res modo postulat, ut agamus de casibus, in quibus beneficia haud vacant ipso jure, sed per Judicis sententiam.
- 18 Ex simplici homicidio beneficia non vacant ipso jure. Quin nec ex fratricidio vacant ipso jure beneficia; Rousseaud de la Combe in *sua Jurisprudencia canonica verbo Vacatio sect. 2. num. 1.*
- 19 Nec ex concubinato vacant ipso jure beneficia, sed privationem præcedere debet trina canonica monitio, ex Conc. Trid. sess. 35. cap. 14. de Reform. de quo Rota in *Ratisbon. Parochialis 13. Junii 1718. §. Et demum, cor. bon. mem. Foscar. & in Placen. Parochiæ 9. Decembris 1743. §. 9. cor. bon. mem. Lan. & 15. Junii 1744. §. 8. cor. clar. mem. Millin.*
- 21 Idemque tradit de adulterio Rousseaud de la Combe in *sua Jurisprudencia Canonica. verb. Vacatio sect. 2. num. 4.*
- 22 Vide & alios casus apud eundem *loc. cit. num. 5.*
- 23 ¶ *plur. seq. 7.* Hic vero non est prætereundum, quod in quibus casibus vacatio beneficiorum inducitur ipso jure, Collator, qui ejus notitiam habuit, tenetur illa intra sex menses conferre, alias devolvitur ipsa collatio ad immediatum Superiorem. At in casibus, in quibus sententia requiritur pro vacatione beneficiorum, currit Collatori sub pœna devolutionis idem tempus sex mensium à die, quo sententia illa nacta est auctoritatem rei judicatæ. Interim non prohibetur Beneficiarius resignare beneficium; Idem Auctor *ubi supra numer. 8.* ¶

VAGUS, VAGABUNDUS.

SUMMARIUM.

- 1 Quis proprie dicatur vagus, seu vagabundus.
- 2 Vagi, seu vagabundi, qui certum domicilium, vel habitationem non habent, sortiuntur forum, ubi reperiuntur.
- 3 Parochus proprius vagorum in ordine ad Matrimonium est Parochus illius loci, ubi vagi actu versantur.
- 4 An vagi inire possint Matrimonium apud quemcumque Parochum, etiamsi alteruter tantum sit vagus.
- 5 An vagi obligentur legibus, & consuetudinibus locorum, per quæ transeunt, vel in quibus hospitantur, remissive.
- 6 Vagi ubi sint sepeliendi, remissive.
- 7 Vagi possunt absolvi à commissis alibi, etiamsi in loco patratorum criminum essent reservata, si hic non sint reservata.
- VAGUS, seu vagabundus proprie dicitur illi, qui certam, & constantem sedem habitationis nullibi habet. Item qui post relictum corpore, & animo pristinum domicilium iter facit, quærens ubi domicilium figat. Sic in re Doctores communiter, per text. in leg. Ejus, qui manumissit §. Celsus, ff. ad municipalem.
- Vagi, seu vagabundi, qui certum domicilium, vel habitationem non habent, sortiuntur forum, ubi reperiuntur: Alias enim nullibi pro derelicto, aut contractu possent conveniri contra ea, quæ notantur in leg. Heres absens, ubi Bartolus num. 4. ff. de Judiciis. Sic Fagnanus lib. 2. Decretal. in cap. Licet 20. de foro competenti num. 26. cum pluribus aliis ibi citatis, Reiffenstuel lib. 2. Decretal. tit. 2. num. 46. cum pluribus aliis ibi allegatis per text. in l. 1. Cod. Ubi quis de Curali, & leg. 1. Cod. Ubi de Criminibus.
- Unde Parochus proprius vagorum in ordine ad Matrimonium, est Parochus illius loci, ubi vagi actu versantur. Vide *verb.* Impedimenta matrimonii art. 2. à num. 89. & *verb.* Lex ar. 3. à num. 46. ad 48.
- Posse vagos inire Matrimonium apud quemcumque Parochum, etiamsi alteruter tantum sit vagus, docent Sanchez leg. 3. d. 26. num. 14. Pontius lib. 5. c. 14. §. 1. Layman lib. 5. tr. 9. part. 2. cap. 4. Gutierrez, Leander, Tamb. Bossius, Dicastil. Gobat. Barbosa, Kugier, Krimer citati, & secuti à La-Croix lib. 6. p. 3. n. 750. ubi testatur hanc esse communem sententiam, & sic decrevit Sac. Congr. Conc. die 28. Aug. 1607. apud Aldan. in compendio canon. resolut. lib. 1. tit. 78. numer. 1. & Barbosa in Summ. Apostol. decis. verb. Vagus num. 1. his verbis: Vagus ducens uxorem in aliquo loco, ubi est vere domicilium mulieris, potest contrahere in alio loco, ubi voluerit, cum omnes possint esse Parochi vagi, quamvis adsit Parochus mulieris, quia tunc est vere Parochus vagi in alio loco, ubi reperitur vagus.
- An vagi, seu vagabundi obligentur legibus, & consuetudinibus locorum, per quæ transeunt, vel in quibus hospitantur. Vide *verb.* Lex art. 3. à num. 46. ad 48.
- Vagi, seu vagabundi ubi sint sepeliendi; Vide *verb.* Sepultura num. 22.
- Vagi possunt absolvi à commissis alibi, etiamsi in loco patratorum criminum essent reservata, sic hic non sint reservata, quia cum isti nullum habeant domicilium, adstriguntur solum Legibus Episcopi, ubi confitentur. Barbosa part. 3. de offic. & potest Episc. allegat. 52. num. 16. & alii communiter.
- (Si hæc materia plene esset cognoscenda, aliarum plurium decisionum quam quæ in nostris legum corporibus reperiuntur, & præ manibus per me habentur, reminisci oportebat; nihilominus satis superque de hoc in illis fuerit provisum, ex omnibus idea formabitur.

Lex 4. tit. 20. p. 2. postquam decernit, & res stabilis quibus populus debet insistere, alimenta ut consequatur, jubet, otiosos eliminandos: cura est adhibenda, ut omnes ex communitate operationibus incumbant: terræ abundantia ab omnibus est procuranda: otiositas fuganda: vagi homines lingua hispan. *Valdios* permitti haud valent: qui in suo solo tranquilla vita fruuntur, idem præamant, econverso validi isti otiosi inimici reputantur, atque eorum inertia innumerabilia irrogat præjudicia: nec ex bonis aliorum adjutorium merentur, ideo à terra expellendi, & eisdem non est eleemosyna elargienda, nam consonum rationi videtur, operationem aliquam exercere nollenti denegari seu non præstare alimenta. Successive præscripta circa vagabundos *tit. 11. lib. 8. tam leg. quam Auct. Acc. tit. 14. lib. 8. Ord. Reg.* memoriæ tradere quam sit conveniens ex ipsius lectura apparebit: qui sint, & in eos quomodo alio in tempore erat procedendum, fit patens; intueberis discrimen pœnarum tum decretarum si cum nostræ ætatis decisionibus illæ conferantur *Reflecte determinata lit. A. pag. 215. lit. E. pag. 213. col. 2. & 214. col. 1. lit. P. pag. 32. lit. Q. verb. Quæstare, vers. Literæ Dicesani: in add. hisp. & nov.* (Cum eodem objecto *Reg. Sch. 20. Febr. an. 1783.* per quam præcipitur *Reg. Resolut. 16. Sep. an. 1757.* observantia) Hisce adjice *lit. G. pag. 150. in nov.* ostensa.

Regia Ordinatur in addit. huic verbo subjecta in cognitionem eorum qui pro vagabundis reputandi videbantur sufficere; iterum atque iterum, ut vagantiæ aditus non pateret, legum promercaturam vetantium, eorum præsertim (vid. *Reg. Sched. 2. Aug. verb. Parentes ante vers.* Viceversa: citatam) eandem per plateas, viasque publicas lingua vernacula *Buhoneros*, exercentium adimplementum seu executio demandatur. Omnibus, Melitenses, Taurinenses, Genuenses vulgo *Malteses, Piamonteses, y Genevoses* aliive alienigenæ, & naturales quamvis fuerint, fixo domicilio carentibus, prohibetur, res venales de uno loco in alium asportare; repetuntur prohibitiones circa ea, quæ ex *vers. dict. Reg. Ord.* ibi: *Los que no tienen otro egercicio: usque in fin.* nec permittendi errantes homines, licet certam sedem habentes, qui plerumque vanis psalmis utuntur vulgo *Saludadores*: neque laqueos aut insidias, ut lupi capiantur, parantes, nostro idiomate *Loberos*: hæc venatio à jure resistitur, & solum (*Reg. Sched. 16. Jan. an. 1772. §. 10.*) Judicibus Ordinariis juxta exigentiam inest facultas, usquead luporum, vulpium, aliorumque noxiorum animalium exterminium opportune providendi: sic per *Reg. Sched. 25. Mart. an. 1783.* stat provisum, in eaque fit mentio *Reg. Ordin. 7. Maj. an. 1775. Reg. Sched. 2. Aug. an. 1781.* vid. *verb. Parentes*, etiamque recordatur *Reg. Sched. 24. Nov. an. 1778.* vid. *verb. Quæstare.* Ad rem circa venationem *lit. A. pag. 230. col. 1. vers. Axioma: in fin.* quoque conducit *lit. C. pag. 180. in add. hisp. ductatum: per extensum verb. Venatio.*

In supra scripta remissione *lit. E.* leges reperies quæ fit mentio de eleemosynas distribuendi modo; remissiones ibi contentas si attente perlegeris, quis dubitat, multas dispositiones, in pauperum favorem promulgatas inveniri? recognoscantur ultimæ viginti leges, & omnes *Auct. Acc. tit. ibidem in dict. add. nov. vers.* In septima: recordatorum: quanta commiseratione veri tractentur pauperes, animadvertentes: ab eleemosynæ emendicatione non omnes arceantur, immo veris emendicare permittebatur, cum signorum demonstratione ad efflagitationem præcedendorum: in suo domicilio quivis mandicabulum exercebunt: enixe demandatur, quod in omnibus oppidis, singulisque eorum parochiis *Deputati* nominentur qui veros distinguant pauperes, quibus uno in tempore tabula quædam, schedula alio, illorum manu, ecclesiæque Rectoris subscripta, approbatione judicis Ordinarii illius oppidi intercedente, veniam ad eleemosynas petendas ostendens, posteaquam peccata salutari medicina deleverint, & cœlesti pabulo se refecerint, tradebatur: sollicitudo maxima adhibebatur, ut per dictos Deputatos non solum sed etiam

alias personas in subventionem pauperum ægritudine laborantium, & egenorum, *hoc est* qui pudore ab emendicatione deterrentur, quotidiani victus fieret quæritatio: res inter alias denique determinatur, omnes Prælatos, Vicariosve eorum, Judices (in sua qualibet diocesi & jurisdictione) Administratores, Patronos, ceterasque personas, ad quos hospitalium cura spectat, informationem suorum reddituum, fundationem aliorum, piorumque legatorum, in hunc finem inibi existentium assumere, omnem diligentiam, ut bene distribuatur, impendendo. Ne contemnantur quæ *lit. A. pag. 54. lit. C. cum remis. pag. 278. & lit. J. pag. 309. & seq. in add. hisp.* exponuntur.

Nunc equidem hic aliquas alias determinationes inserere oportebat, videlicet *Primo*, Edictum 12. Nov. an. 1766.: *Secundo*, Patronorum regii fisci responsionem 28. Aug. an. 1769., super cujusdam confraternitatis in adjumentum Matritensis, Divique Ferdinandi hospitiorum formatione: *Tertio* *Reg. Sched. 25. Feb. an. 1770.* post dictæ confraternitatis erectionem, expeditam, ubi in opera, & eorum subsistentiam aliqua decernuntur: *Quarto*, *Reg. Decretum 18. Novemb., & Ord. Circ. 24. an. 1777:* *Quinto*, Edictum 16. Mart.: *Sexto*, *Auct. Acc. 13. & 30. ejusd. mens. ann. 1778:* *Septimo*, *Reg. Ord. 24. Jul.:* *Octavo*, Bannimentum 23. Oct. ann. 1783.: *Nono*, Alia duo decreta in parvo Codice vulgo *Gaceta*, num. 16. & 53. an. 1784. typis mandata, in applicationem cujusdam numeri puerorum, ut militiæ servitio dicati, vident ignaviam, sibi, & reipublicæ utiles efficiantur: *Decimo*, *Reg. Sched. 24. Jun. ejusd. an. 1784.* in qua viginti novem capita in regiæ præmaticæ 19. Sept. an. 1783. (sup. *lit. G.*) executionem præscribuntur: *Undecimo*, *Duas Reg. Sched. 27. Nov. an. 1783.* cum *Reg. Decreto II. ejusd. mens. & an.* in eoque inseritur *Breve SS. Pii VI. die 14. Mart. an. 1780.* expeditum: *Duodecimo*, tandem *Reg. Sched. 3. Feb. an. 1785.* per quam præcipitur, ut in omni territorio, ubi Convictus caritativi sint formati, sive stabilendi, nec in minimum *Auct. Acc. 13. & 30. Mart. an. 1778.* infringantur, ideo ad literam in dict. sched. recensentur, ut eorum ignorantia à nemine exponatur.

Aliquid amplius in eis contenta deteguntur. Instauratio, institutioque quam regium matritense hospitium, Divique Ferdinandi ann. 1766. meruit, ut intra trium dierum spatium omnes qui sudore suo nequirent cotidianam acquirere alimoniam, in illo se producerent, in quo necessaria ad spiritualem, ac corporalem refectionem pararentur, ad cujus aures non pervenit? Verum ut eos sic receptos major inveniretur alendi facultas, eodem tempore variæ capsulæ viridi colore adumbratæ cum inscriptione hispanica *Hospitio General*, in quibus (*dict. edict. 12. Nov. an. 1776.*) fidelium ad receptorum opitulationem eleemosynæ conderentur, fuere distributæ: hodie per erectionem Disputationum (*vid. Auct. Acc. 30. Mart. addit. hisp.*) si non istæ capsulæ, aliæ sunt subrogatæ, quarum eodem sermone est titulus. *Los pobres Jornaleros, desocupados, enfermos, y convalecientes del Barrio &c. echarán los memoriales el miercoles de cada semana, expresando en ellos la calle en que viven, casa, número, y manzana:* atque regii cœtus ad horum hospitiorum directionem nova creatio advertitur, per quam quædam formaretur confraternitas, (vid. *sup. vers. Secundo, & Tertio*) ut omnes in hac villa matritensi domicilium constituentes per eorum divisiones vulgo *Quartales* hostiatim quæritarent, opem, & auxilium eisdem indigentibus necne conferrent: quare etiam, cum inspiceretur, debere omnia necessario prævideri, ne forte victus ratio ipsismet deficeret, in opportuniorem pauperum subsistentiam meditando, præceptum notatur, non solum ut, posteaquam oblationis quotâ à Parocho de bonis ex hac vita migrantium fuerit exacta, de ceteris, persona nulla excepta, usque ad valorem dictæ quotæ quinque regales pro centum consignarentur, sed quoque indulgetur de omnibus stantibus, seu in hac villa habitantibus, pro singulis equis, & aliis hujus naturæ animalibus, ad eorum usum destinatis, non præ

promeritoriis, octo asses, maravetinaque duo esse singulis mensibus solvenda; plurimis aliis concessionibus insuperhabitis in proventibus vulgo *del Tabaco* consignatis, in rerum vœnalium exactione nostro idiomate *las Sisas*, in eis, ad concilia populorum lingua hispanica *de Propios*, y *Arbitrios* spectantibus, in vino igni eliquato sub nomine vulgo *Aguardiente*, in utilitatibus ex pauperum in eodem hospitio ad funera comitatu convenientibus, multisque aliis tam solvendis pro qualibet persona ad comœdiæ locum concurrente, quam exregia gaza vulgo *en la Tesorería mayor* concessis, ac in pensionibus rerum in possessione, atque proprietate ad eandem misericordiæ domum pertinentium, absque omissione jurium vulgari lingua *de los Juros*, y *efectos de Villa* resultantium.

Præcedentes ordinationes in inopum subsidium adhibitæ hujus villæ matritensis incolas non solum obstringentes, sed omnes regnicolas, sæpesæpius iterari præcipitur, (vid. *ex vers.* Quarto ad *vers.* Nono, *exclusive*) quia sicut medicamentum salutis conservationi, vel infirmitatis expulsionem appositum, si derelinquitur, in deterius perneceesse salus dilabetur, ægritudoque corpus extenuabit seu absumet, non dissimiliter quando determinationes regiæ ad corpus politicum sustinendum diriguntur: pœnæ in contraventores, modo impedimentum satellitibus in eorum recollectione destinatis præstiterint, decernuntur, decem argenti vulgo *ducados* pro prima vice, pro secunda viginti, duplicique pro tertia, præter determinatas in delicti ab eisdem commissi verbis aut factis animadversionem, omnes commonefaciendo, ne in suas domos, habitationes, aliave abscondita loca hujusmodi personæ recipiantur.

Denique cum desideraret Rex Catholicus opem, & auxilium vere indigentibus ne deficeret, atque per calles & plateas à mendicitate inopes averterentur, post præcitas determinationes decrevit, *misericordiæ domos* in qualibet suarum ditionum diœcesi erigere, earum congruæ dotationi providere, ac reliquos vero quos in dictis domibus recludi non oporteret, secundum quorumvis qualitates solamen impetrare: quod quidem sufferre vires Regii Ærarii cum non possent, ex bonis ecclesiæ, tamquam pauperum etiam in casu necessitatis patrimonium, (*leg. 2. tit. 5. lib. 1. Recop. Cast. Vid. verb. Decimæ & lit. E. pag. 154. in nov.*) jvari aliquo subsidio à Summo Pontifice D. Pio VI. sicut supplicatum, ita indultum: ideo quotannis aliquam partem, tertiam videlicet, dum congruant debitam non imminuant, de Præfecturis, Canonicatibus, Dignitatibus etiam majoribus post Pontificalem (*vers. Undecimo*) in Cathedralibus, & Collegiatis, in Regis nostri Catholici dominiis existentibus, ac imposterum vacaturis, modo ad ejus nominationem seu præsentationem conferantur, aut sint ex numero eorum qui vigore Concordati (*vid. verb. Beneficium, in fin.*) Apostolici in aliquot casibus, & temporibus ad eundem illorum nominatio seu præsentatio spectat, episcopatibus, beneficiisque curam animarum habentibus exceptis, percipere posse, media aliqua persona ecclesiastica, est concessum: salvis semper juribus, & consuetudinibus quoad pensiones super eisdem episcopatibus imponi solitas Sedis Apostolicæ auctoritate. Sufficiant prænotata.

VANAGLORIA.

Vide *verb.* Superbia num. 8.

VANA OBSERVANTIA.

Vide *verb.* Superstitio à num. 45.

VASA SACRA.

SUMMARIUM.

- 1 *V*ASA sacra benedicendi facultatem habent Abbates Pontificalia exercentes, etiam Regulares, non tamen pro ecclesiis extraneis.
- 2 Prælati Regulares quamvis non possint benedicere sacra vasa, in quibus intervenit unctio Sacri Chris-matis, possunt tamen benedicere alia sacra vasa, & ornamenta, seu paramenta, pro usu suarum tantummodo Ecclesiarum.
- 3 Unde caute sunt legendi Doctores asserentes posse Prælatos Regulares dicta sacra vasa, ornamenta, seu paramenta benedicere etiam pro alienis Ecclesiis.
- 4 Episcopi non possunt absque speciali licentia Sedis Apostolicæ hanc sacrarum paramentorum benedictionem aliis delegare.
- 5 Neque benedictio sacrarum paramentorum; & vasorum ecclesiasticorum potest fieri ab inferioribus Prælati Jure proprio, licet habeant territorium, separatum, nisi habeant ea, quæ sunt Ordinis.
- 6 Benedictio paramentorum, & vasorum ecclesiasticorum, in quibus non adhibetur sacra unctio, diversis Abbatibus, Decanis, ab iisque personis Ecclesiasticis concessa fuit à Sacra Rit. Congregatione.
- 7 Protonotarii sine speciali Sedis Apostolicæ, seu Sacræ Congregationis licentia, nulla possunt benedicere vasa, paramenta, seu ornamenta Ecclesiastica.
- 8 Vasa sacra, dum in iis continetur Corpus, & Sanguis Christi, à nemine præter Sacerdotem, & Diaconum sine gravi culpa tangi possunt.
- 9 Vasa sacra vacua extra sacrificium licite possunt tangi ab omnibus Clericis, etiam sola prima Tonsura initiatis.
- 10 Acolythi ministrantes licite etiam in sacrificio tangere possunt vasa sacra vacua.
- 11 Omnes Religiosi etiam laici, præsertim deputati ad servitium Missarum, & Sacristiæ, possunt licite tangere vasa sacra, & lavare corporalia.
- 12 Laici, & fœminæ etiam Moniales absque necessitate, & rationabili causa nuda manu tangentes vasa sacra peccant venialiter.
- 13 Immo secluso contemptu secundum multos nequidem peccant venialiter.
- 14 Moniales Sacristanæ possunt licite tangere calices, & lavare corporalia, ac purificatoria.
- 15 Adhibere sacra vasa, corporalia, purificatoria, & hujusmodi ad usum profanum est peccatum mortale.
- 16 Immo sacra vasa convertens ad usus profanos, si est laicus excommunicatur, & si sit ecclesiasticus etiam ab officio deponitur.
- 17 Vasa sacra convertens ad profanos usus, vel alienans, officio privatur, infamis fit, excommunicatur, & tenetur ad restitutionem.
- 18 Vasa sacra, & alia ecclesiastica Judæis vendens, est in pœnitentia relegandus, & Judæi ipsa ementes conveniendi sunt à Judice, & ad restitutionem eorum statim compellendi.
- 19 Alia ad rem, remissive.

- 1 **V**ASA sacra benedicendi facultatem habent Abbates pontificalia exercentes, etiam Regulares; non tamen pro Ecclesiis extraneis; Vide *verb.* Abbas num. 31. §. 18. & in declaratione Sacre Cong. Rit. data ad §. Decimum octavum, & *verb.* Benedictio, artic. 1. num. 20. & 21.
- 2 Prælati Regulares, nempe Generales, Provinciales, Priores, Rectores, Præpositi, Guardiani, alique omnes Superiores locales, quocumque nomine nuncupentur, quamvis non possint benedicere Sacra vasa, in quibus intervenit unctio Sacri Chrismatis, possunt tamen benedicere alia sacra vasa, & ornamenta, seu paramenta pro usu suarum tantummodo ecclesiarum; Vid. d. *verb.* Benedict. à num. 19. ad 21. ubi dantur ad id varia decreta.
- 3 Unde caute legendi sunt Doctores, qui apud La-Croix lib. 6. part. 2. n. 353. & apud alios, dicunt, Superiores Ordinum Mendicantium adhuc id posse etiam pro extraneis, ubi est usus, quamvis asserant bona fide id facere, passim permittentibus, & sæpe ad eos remittentibus Episcopis. Episcopi enim non possunt absque speciali licentia hanc sacrorum paramentorum benedictionem aliis delegare, ut sæpius decrevit Sac. Rit. Cong. & signanter die 14. Novemb. 1615. apud Gavant. in *Manuali Episcop. verb.* Benedictio num. 5. & testantur aversa q. 11. sect. 13. §. sexto, La-Croix loc. cit. num. 253. & alii passim.
- 5 Neque benedictio Sacrorum paramentorum, & vasorum ecclesiasticorum potest fieri ab inferioribus Prælati Jure proprio, licet habeant territorium separatum, & jurisdictionem, nisi habeant ea, quæ sunt Ordinis, ut decrevit Sac. Cong. Rit. in nullius 21. Augusti 1601. apud Barbosa lib. 3. Juris eccles. univers. cap. 3. num. 31. & in Summ. Apostol. decis. verb. Benedicere, Benedictio num. 9. Ubi num. 5. refert, quod benedictio paramentorum, & vasorum ecclesiasticorum, in quibus non adhibetur sacra unctio, diversis Abbatibus, Decanis, aliisque personis ecclesiasticis concessa fuit per Sacram Rit. Cong. & signanter in Aquilejen. 20. Apr. 1599. in Elven. 17. Maji 1600. in Lamoren. in Polonia 15. Nov. 1603. in Laudunen. 29. Jan. 1695. Aquilejensi 24. Apr. 1610. in Augustiana 12. Apr. 2614. in Lucionensi & Gnesnensi 4. Sept. 1621.
- 7 Protonotarii sine speciali Sedis Apostolicæ, seu Sacre Congregationis licentia, nulla possunt benedicere vasa, paramenta, seu ornamenta ecclesiastica; Sac. Cong. Rit. 17. Julii 2627. apud Gavant. in *Manual. Episcop. verb.* Benedictio num. 7. & Barbos. in Sum. Apostolic. decis. verb. Protonotarius Titularis num. 14.
- 8 Vasa Sacra, scilicet calix, patena, ciborium, corporale, dum in iis actu continetur Corpus, vel Sanguis Christi, à nemine præter Sacerdotem, & Diaconum, sine gravi culpa tangi possunt; Colligitur ex cap. Non oportet 26. & cap. Non oportet 30. dist. 23. & docent Paludanus in 4. dist. 13. quest. 1. art. 4. Suarez tit. 3. in 3. part. disp. 81. sect. 3. Layman lib. 5. tr. 5. cap. 6. num. 18. Tamburin. lib. 1. Sacrific. cap. 2. §. 1. Quarti Commentar. in Rubric. Missalis part. 2. tit. 1. dub. 6. vers. Certum est: La-Croix lib. 6. part. 2. num. 360. Sporer tom. 3. part. 2. cap. 6. sect. 2. num. 503. ubi testatur de communi contra Ochogaviam, & Gobat. negantes id esse mortale.
- 9 Vasa sacra extra sacrificium licite possunt tangi ab omnibus Clericis, etiam sola prima Tonsura initiatis; Suarez, Tamburin. Quarti, Sporer l. c. num. 357. & alii apud Gobat. tract. 3. à num. 329. contra Filuccium, & alios id negantes de Clericis sola prima Tonsura initiatis. Acolythi ministrantes licite etiam in sacrificio tangere possunt vasa sacra vacua per expressam concessionem Martini Papæ in cap. Non liceat penult. dist. 23.
- 11 Omnes Religiosi etiam laici Ordinum Mendicantium, & communicantium in eorum privilegiis, præsertim deputati ad servitium missarum, & sacristiæ, possunt licite tangere vasa sacra, & lavare corporalia ob expressum privilegium concessum Minoribus à Calisto III,

& Sixto IV., ut refert Casarub. in compendio privileg. Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, & non Mendicantium vero Corporalia num. 1. & 2. & verb. Ornamenta Ecclesiastica num. 3. & 6.

Laici, & foeminae, etiam Moniales absque necessitate, vel rationabili causa nuda manu tangentes vasa sacra, peccant venialiter, ut cum Suarez, Coninch. Azorio, Sanchez tradit Layman l. c. num. 19. & tenet Quarti l. c. vers. Secunda sententia: Pasqualig. quest. 328. num. 4. La-Croix l. c. num. 358. & de communissima testatur Sporer l. c. num. 450. per text. in cap. Sacratas 25. dist. 23. & cap. In sancta 40. dist. 1. de consecr. Immo Tamburin. Opuscul. de Sacrificio lib. 1. cap. 2. §. 1. n. 7. Sotus in 4. dis. 13. quest. 3. art. 3. Fagundez Præcepto 1. lib. 3. cap. 21. Bartolomæus ab Angelo Dialogo 5. §. 321. & multi alii recentiores, quos citat Sanchez lib. 2. Decalog. cap. 43. num. 27. sustinent, laicos, & foeminas tangendo vasa sacra, secluso contemptu, nequidem peccare venialiter, quia canones id prohibentes possunt intelligi de consilio, & ob majorem decentiam; nec videtur continere præceptum; Et si ad id accedat aliqua rationabilis causa, nullo modo peccare laicos & foeminas tangendo vasa sacra, corporalia, & alio hujusmodi, tenent etiam Quarti loc. cit. vers. Colligitur quinto: cum aliis ibi citatis, Layman loc. cit. num. 19. Sanchez l. c. Gobat. l. c. Henriq. & plurimi alii.

Hinc Moniales Sacristanæ possunt licite tangere calices, corporalia, & hujusmodi; In ipsis enim adest rationabilis causa suprascripta tangendi, cum ratione sui officii debeant calices, patenas, corporalia, & similia præparare, ministrare, mutare, & hujusmodi, quæ sine tactu præstare non possunt; Pasqualig. de sacrific. novæ leg. quest. 839. num. 9. cum Quintanadven. & Suarez ibi citatis, Cajetanus de Alexandris in Confessario Monialium cap. 11. §. 5. quest. 12. & alii passim, docetque praxis: Cum enim Moniales gaudeant privilegiis Regularium, & Laici Regulares, præsertim deputati ad servitium missarum, & sacristiæ, possunt ex privilegio concessa laicis Fratrum Minorum à Calisto III. & Sixto IV. ut dictum est supra num. 8. possint tangere vasa sacra, corporalia, & purificatoria lavare, poterunt id etiam Moniales Sacristanæ, cum in ipsis adsit etiam par rationabilis ratio.

✠ Doctrina sub 13. & 14. aliqua moderatione indiget.

Adhibere sacra vasa, corporalia, purificatoria, & hujusmodi ad usum profanum, v. g. in communi mensa ad convivium, ad nares purgandas, & hujusmodi, est peccatum mortale; Id enim præsertim gravem contemptum, & irreverentiam; Unde Jure ipso naturali prohibitum est, ac etiam Jure ecclesiastico in cap. In sancto 40. cap. Vestimenta 41. dist. 1. de consecrat. & cap. 26. 27. 29. 31. & seq. dist. 23. & docent Layman l. c. num. 10. vers. Dico quarto: Quarti l. c. vers. Certum est primum: Suarez l. c. disp. 81. sect. 8. §. Quarto addendum: & alii communiter.

Immo sacra vasa convertens ad usus profanos, si sit laicus, excommunicatur, & si sit ecclesiasticus, etiam ab officio deponitur; Concil. Bracharen. 3. cap. 2. & facit ad hoc etiam Concilium, quod dicitur Apostolor. cap. 12. cap. Ad hæc 4. de Religiosis domibus, Conc. Mediolanen. 1. part. 2. tit. de ecclesiis.

Vasa sacra convertens ad proprios usus, vel alienans, Officio privatur, infamis fit, excommunicatur, & tenetur ad restitutionem; Concil. Toletan. 17. capit. 4.

Vasa sacra, vel alia ecclesiastica Judæis vendens, est in poenitentia relegendus, & Judæi ipsa ementes conveniendi sunt à Judice, & ad restitutionem eorum statim compellendi; Gregorius 1. lib. 1. Epistol. 66. apud Paravicinum polyanthea sacror. canonum verb. Vasa num. 8.

Alia ad rem; Vide *verb.* Calix, *verb.* Paramenta Sacra, *verb.* Vestis.

Quod singulari ejus munificentia Vatic. Basil.
Sacra supellectile abundanter sit instructa)
Ad illamque conservandam, & augendam Apost.
Decreto

Perpetuo duraturum subsidium sit attributum;
Beneficii magnitudinem referentes

Ac posteritati testantes

Post anniversaria Sacra Solemni Ritu instituta
Grati animi monumentum

Canonici posuere.

*** Fontis Baptismalis benedictioni in Basilica Va-
ticana peragenda, debent per se, vel per alios in-
teresse Rectores Ecclesiarum illi subjectarum. Sic sta-
tuit Benedictus XIV. constitut. *incip.* Ad honorandum,
§. 9. ***

VATICANA BASILICA.

* VAticanæ Basilicæ prærogativa est, ut in ea be-
nedicantur Pallia, quæ à Romano Pontifice Patriarchis,
& Archiepiscopis mittuntur; Benedict. XIV. tom. 2.
constitut. 60. *incip.* Rerum ecclesiasticarum: Et in ea-
dem asserventur prope Corpus B. Petri; Idem *ibid.*
Ipsius Basilicæ Altaristæ injungitur cura Arculæ ab
eodem Pontifice donatæ, in qua ipsa pallia asservan-
tur; Idem *ibid.* Vaticanæ Basilicæ Archipresbyter Di-
missorias literas Clericis suæ Basilicæ addictis dare, &
Sacramentum Confirmationis administrare potest; Idem
constitut. 36. *incip.* Cum à Nobis:

Vaticanæ Basilicæ Clero concessum est à Clemente
XI. ut de singulis Sanctis Pontificibus Romanis officia
propria recitent; Idem constit. 54. *incip.* Posteaquam
intelligimus §. 50. In Vaticana Basilica celebrari de-
bent Beatificationes, & Canonizationes; Idem tom. 1.
constit. 36. *incip.* Ad Sepulcra Apostol. §. 4. Et ipsius
Vaticanæ Basilicæ Sacrario certæ præstationes afferun-
tur occasione Beatificationum, & Canonizationum,
juxta decretum Alexandri VII. confirmatum in dict.
constitutione *Ad sepulcra* §. 5. Quod decretum hic
ad literam subnectitur, prout traditur ad eodem Be-
nedicto XIV. *de Servorum Dei Beatificatione, & Bea-
torum Canonizatione lib. 1. cap. 46. §. 5. num. 32. ibi:*
"Sanctissimus Dominus Noster Alexander Divina
"Providentia Papa VII. prout Summum tum dignita-
"te, tum pietate Pontificem decet, ob singularem suam
"decoris domus Dei dilectionem præ ceteris sollicitus,
"ut Basilica Vaticana, quo par est tantæ molis, sacræ
"etiam supellectilis nitore resplendeat, sacristiæ ejus-
"dem Basilicæ sacras vestes, & sane ornatissimas, in
"Canonizatione Sancti Thomæ de Villanova adhibitas
"præcipua sua magnificentia, in Basilicam ipsam Vati-
"canam religione elargitus fuit: Volensque præterea in
"futurum sacristiæ indigentis identidem religi se con-
"sulere, mandavit, ne imposterum Secretarius pro tem-
"pore Congregationis Sac. Rituum decreta Beatificati-
"onum, & Canonizationum, quæ ab ipso Congrega-
"tionis in fine causarum eduntur, in Acta Sacræ Con-
"gregationis referat, neque evulget, aut sub quovis
"prætextu Procuratoribus, & Postulatoribus causarum,
"vel aliis quibuscumque consignet, nisi docto se sa-
"cristis majoribus præfatæ Basilicæ consignasse Sacram
"supellectilem veri valoris aureorum mille pro Cano-
"nizando, quingentorum vero similium pro Beatifican-
"do; nempe in tot planetis, stolis, & manipulis, ac
"bursis corporalium, vel albis, & amictibus ad usum
"missarum privatarum, quæ dietim in dicta Basilica
"celebrantur, aut in tot palliis, & altarium lintheami-
"nibus pariter ad similem usum adhibendis. Et præ-
"dictis quidem arbitrio Sacristarum majorum præstan-
"dis; quorum proinde curæ Sanctitas sua demandavit,
"quæ magis pro tempore ecclesiæ servitium exiget, Pro-
"curatoribus causarum indicare, Secretarium vero Sa-
"cræ Congregationis, & Sacristas prædictos admone-
"re, & quod eadem festine impleantur, invigilare. Ne
"autem hujusmodi decreti ignorantia præsumi possit,
"idem in Acta Sacræ Congregationis referri jussit; prout
"chirographum, seu verius supplicem libellum manu
"Sanctitatis Suæ firmatum ibidem inferri voluit. Die
"27. Septembris 1659.

9 "Quia vero magna erat Postulatorum molestia in
comparandis supellectilibus ad normam decreti Alexan-
dri VII. eodem annuente Pontifice, prædicto facilior
modus est subrogatus, solvendi videlicet aureos quin-
gentos in Beatificatione, & aureos mille in Canoni-
zatione Canonicis Basilicæ Aedituis, qui eos fideli-
ter erogant in comparandam ipsam supellectilem ne-
cessariam, necnon Capitulo reddunt rationes expen-
sarum. Ideo in ejusdem Basilicæ Sacrario ad pepe-
tuam rei memoriam erectus est lapis, in quo hæc
verba leguntur: "

VECTIGAL.

Vide verb. Gabella.

VENATIO, VENATOR.

SUMMARIUM.

- 1 **V**ENATIO qualis, & quando sit Clericis, & Reli-
giosis specialiter interdicta, & aliquando sit eis
concessa.
- 2 Venatio, seu piscatio potest ex justa causa à Principe,
vel Republica sub pœna prohiberi, etiam in locis
publicis.
- 3 Immo prudentissime faciunt Principes, & Respu-
blicæ in variis casibus, qui assignantur.
- 4 Item potest Princeps venationem prohibere in cer-
tis locis, & certorum animalium ad solam ipsius,
vel alicujus personæ benemeritæ recreationem.
- 5 Venantes, & piscantes contra Jus, & prohibiti-
onem Principis peccant graviter, vel leviter jux-
ta magis, vel minus notabilem contraventionem,
& damnificationem.
- 6 Tales venantes, & piscantes contra Jus, & pro-
hibitionem Principis, ultra peccatum, quod in-
currunt, tenentur ad compensandum damnum in-
de secutum.
- 7 Idem pariter est dicendum, quando aliquis priva-
tus Jus privatum quo ad alios habet ad vena-
tionem, aut piscationem in aliquo loco, cum pos-
sit quilibet de Jure Civili Jus venandi in loco
ad se spectante, præsertim speciali sepe, aut mu-
ro clauso, sive reservare, aliisque interdiceri.
- 8 Spectato tamen solo Jure naturali talis venatio vi-
detur licita præsertim in prædiis apertis, omni-
busque patentibus, ubi fieri potest sine detrimento
ipsorum prædiorum Domini; Nec potest Dominus
ibi venationem aliis prohibere.
- 9 Immo si in fundo aliquo etiam sepe clauso sibi à
Domino quo ad venationem reservato, aliisque
interdicto, ita multiplicarentur animalia, ut vi-
cinis gravia afferrent nocumenta, posset ibidem
neglecta tamquam irrationabili, & injusta ejus
prohibitione, venatio licite exerceri, & insuper
Dominus teneretur ad reparationem talium nocu-
mentorum.
- 10 Sic etiam Principes tenentur ad restitutionem, si
vel prohibendo, ne subditi feras arceant, seu abi-
gant à frugibus, vel nimis multiplicando anima-
lia, gravia afferant ipsis subditis nocumenta.
- 11 Item si Principes venando notabiliter proterant sa-
ta, grana excutiant, vineas, & sepes lædant,
aliaque similia gravia nocumenta subditis afferant,
tenentur ad compensationem.
- 12 Et à fortiori tenentur ad talem compensationem
privati venatores.
- 13 Licitum est qualibet animalia ferina, & silvestria

nondum ab aliquo comprehensa prosequi, & capere, ita ut statim fiant capientis, ubicumque capiantur; Idem est de illis, quæ ex Domini potestate elapsa, in pristinam libertatem redierunt.

- 14 Capietes animalia in leporariis, vivariis, stagnis, sylvis non amplis, & circumdatis, tenentur ad restitutionem.
- 15 Item etiam animalia domestica, seu naturaliter mansueta, sicut ac ferina mansuefacta quamdiu audire solent, non sunt primo occupantis, sed sunt domino comparenti restituenda.
- 16 Feram, aut avem lethaliter vulnerans, & eam insequens moraliter certo capturus, acquirit ejus dominium, & si eam alter capiat tenetur restituere.
- 17 Si vero fera, aut avis sit ita leviter vulnerata, ut adhuc fugere possit, tunc, si alius eam fugientem capiat, non tenetur restituere.
- 18 Si autem dubium foret, an, qui vulneravit, ratione talis vulneris esset capturus, nec desiisset persequi feram vulneratam, tunc de æquitate esset dividenda inter vulnerantem, & capientem.
- 19 Eadem ratione si quis animal vagum insequatur, & illud in retia alterius incidat, de æquitate est inter ipsos dividendum.
- 20 Si piscis reperiat in inextricabiliter implexus in retibus alicujus piscatoris, ut nullatenus possit evadere, & alter ex ipsius retibus eum eripiat, tenetur ad restitutionem: Secus autem dicendum, si piscis adhuc poterat se eripere ex illis retibus.
- 21 Venatio, & piscatio, si fiant solum recreationis gratia, non censentur ex se prohibita die festo, nisi addantur opera servilia.
- 22 Sunt autem revera prohibita die festo, si in ipsis concurrant alia opera servilia, & non fiant recreationis, sed lucri gratia.
- 23 Permittitur tamen tamquam licita die festo piscatio certorum piscium raro, & certis solum anni temporibus occurrere, & apparere solitorum.
- 24 An liceat venari tempore Quadragesimæ.
- 25 Venatores quare se induant communiter veste viridi.
- 26 Add. ex aliena manu.

VENATIO qualis, & quando sit Clericis, & Religiosis specialiter interdicta, & qualis aliquando sit eis concessa? Vide verb. Clericus art. 6. à num. 6. ad 38. Et adde, quod cum Episcopus Sarnen. suo Clero venationem prohibuisset sub pœna suspensionis latæ sententiæ; Recurrente autem eodem Clero ad Sacram Congregationem Concilii; Ipsa 21. Aprilis 1703. rescrisit, pœnam suspensionis latæ sententiæ mutari in pecuniariam; Idemque resolvit circa ludum; Sic refert Ursaya instit. crimin. lib. 2. tit. 10. §. 4. num. 123. (Vide etiam leg. 57. tit. 5. p. 1. de Prælati ibi agitur: *Nin deben otrosi cazar con su mano ave, nin bestia:*)

2 Venatio, seu piscatio potest ex justa causa à Principe, vel Republica sub pœna prohiberi etiam in locis publicis; Communis; Patetque ex fere omnium regionum praxi; quidquid in contrarium scriserint aliquid dicentes, hujusmodi venationem, aut piscationem, utpote Jure naturæ, aut Jure gentium licitam, non posse à Principe, vel Republica prohiberi; Et ratio nostræ conclusionis est clara, quia cum ex justa causa possit Princeps, vel Respublica aliquid ex bonis particularium exigere, à fortiori poterit loca publica eorum usibus deputata aliis elocare, aut etiam interdicerere, ubi id exigat justa causa, aut bonum commune.

3 Immo prudentissime agunt Principes, vel Respublicæ, si ne majoribus tributis gravetur populus, eloquent fluvios communes, aut certa loca venationi idonea. Item si prohibeant venationem tempore, quo animalia sunt gravida, ne extirpentur, aut tempore, quo nives sunt copiosæ, ne quasi omnia capiantur cum publico detrimento. Item si prohibeant, ne fiat piscatio cum lumine nocte, aut cum certis quibusdam instrumentis, quibus etiam minutissimi pisces concluduntur, aut ne fiat piscatio per infectionem fluminis, aut

escis venenatis cum fere omnium piscium extinctione in maximum boni communis detrimentum; Sic Doctores communiter.

Item potest Princeps venationem prohibere in certis locis, & certorum animalium ad solam ipsius, vel alicujus personæ benemeritæ recreationem: Cum enim ipse pro publico bono communi vigilet, ac laboret, justum est, ut populus ex publico ei honestas recreationes, & convenientem suo fastigio apparatus concedat, & insuper Princeps habeat, unde compenset personas, quæ pro Reipublicæ defensione, ac conservatione strenue laborarunt fortiter dimicarunt; Communis.

Venantes, & piscantes contra Jus, & prohibitionem Principis peccant graviter, vel leviter juxta magis, vel minus notabilem contraventionem, & damnificationem; Si enim Jus, & facultas certa venandi, seu piscandi notabiliter lædatur, impediatur, aut diminuat, & grave nocumentum Communitati, seu alicui tertio, qui Jus venandi, aut piscandi conduxit, inferatur, tunc certo peccatur mortaliter: At vero si venatio, aut piscatio prohibita, non sit graviter injuriosa Reipublicæ, nec alicui tertio, qui eam conduxerit, tunc nisi concurrant aliæ circumstantiæ rem aggravantes, erit solum peccatum veniale, ut notant passim Doctores.

Tales venantes, & piscantes contra Jus, & prohibitionem Principis ultra peccatum, quod incurrunt, tenentur ad compensandum damnum inde secutum; Communis Doctorum uno ore asserentium, quod si quis sobolem ferarum notabiliter extinxit, si ut pisces caperet, fluvium cum gravi detrimento Reipublicæ, aut Conductoris venenatis escis infecit, is, omnino teneatur damnum illatum compensare, & lucrum inde speratum resarcire.

Idem pariter est dicendum, quando aliquis privatus Jus privativum quoad alios habeat ad venationem, aut piscationem in aliquo loco: cum enim de Jure civili possit quilibet jus venandi, aucupandi, aut piscandi in loco ad se spectante, præsertim speciali sepe, aut muro clauso sibi reservare, aliisque interdicerere, textu expresso in leg. Item si fundi 9. §. 5. ff. De usufructu, ibi: „Aucupiorum quoque, & venationum redditum Cajus ait lib. 8. Juris civilis ad „fructuarium pertinere, ergo & piscationem;“ Et §. Fere 12. instit. de rerum divisione, ibi: „Plane qui alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia, potest à Domino, si is præviderit, prohiberi, ne „ingrediatur;“ sequitur quod peccet contra Justitiam, & teneatur danum illatum compensare, seu lucrum inde speratum resarcire, qui domino notabiliter invito ibi venatur, aucupatur, aut piscatur. Quamvis tamen 8 spectato solo Jure naturali talis venatio videatur licita, præsertim in prædiis apertis, omnibusque patentibus, ubi fieri potest sine detrimento ipsorum prædiorum domini, cum feræ non sint fructus fundi, nec ad fundum, aut fundi Dominum pertineant; nam feræ passim vagantes nullius sunt; & leg. Possessio 1. §. 2. ff. de acquirend. possession. & §. Feræ 12. Institut. de rerum divisione, dicuntur fieri primo occupantis, adeoque de Jure naturæ videtur, quod non possit aliquis privatus venationem prohibere in suis prædiis apertis, omnibusque patentibus, nullumque ob id detrimentum patientibus, ut recte La-Croix lib. 3. part. 2. num. 256. & cum aliis Card. de Lugo tom. 1. disputat. 6. num. 54. dicens, quod Jura numero antecedenti adducta intelligenda sunt, quod possit privatus venationem sibi reservare, & aliis interdicerere in suo fundo, quando is est sepe, vel muro circumdatus, vel talis propter aliquas circumstantias, ut domino liceat ingressum aliis impedire, ut si sit vinea vel hortus, in quem ob fructuum custodiam possit dominus prohibere aliis ingressum, vel propter damnum, quod ex libero aliorum transitu imminere possit segeti, vel arboribus; Non autem quando fundus apertus est, omnibusque quoad transitum, & alia, patens sine ullo domini detrimento. (Ad rem leges 17. & 18. tit. 28. p. 3. quod à domino fundi possit prohiberi, per illam asseritur; ceterum circa dominii acquisitionem in rebus

bus venatis distinguitur, si ante fundi ingressum, vel ante animalis capturam ab ejus domino prohibetur, istius, non capientis erit: secus vero, si nulla insinatio præcesserit, licet invito domino in alieno prædio non liceat.)

Immo si in fundo aliquo etiam sepe clauso sibi à domino quoad venationem reservato, aliisque interdicto ita multiplicarentur animalia, ut vicinis gravia afferrent nocumenta, posset ibidem neglecta tamquam irrationabili, & injusta ejus prohibitione, venatio licite exerceri; Quinimmo teneretur ipsemet fundi Dominus ad damnorum inde aliis obvenientium reparationem, cum esset vere causa illorum: Qui enim occasionem damni dat, damnum dedisse videtur; c. Si culpa 9. de injuriis, & damno, l. Qui occidit 30. §. 3. ff. Ad Legem Aquilianam. (Vid. verb. Damnificatio, pag. 158. lit. R. in add. novis.)

Sic etiam Principes tenentur ad restitutionem, si vel prohibendo, ne subditi feras arceant, seu abigant à frugibus, vel nimis multiplicando animalia, gravia afferant ipsis subditi nocumenta; Communis.

Item si Principes venando notabiliter proterant sata, grana excutiant, vineas & sepes lædant, aliaque similia gravia nocumenta subditis afferant, tenentur ad hujusmodi damnorum compensationem; Communis.

Et à fortiori tenentur ad restitutionem privati venatores venantes cum notabili detrimento proximi, v. g. destruendo semina, conculcando segetes, excutiendo grana, devastando vineas, sepes, & hujusmodi gravia nocumenta proximo afferendo; Communis.

Licetum est quælibet animalia ferina, & sylvestria nondum ab aliquo comprehensa prosequi, & capere, ita ut statim fiant capientis, ubicumque capiantur. Idem est de illis, quæ ex domini potestate elapsa, in pristinam libertatem redierunt; Communis, textu expresso in §. Feræ 12. Institut. de rerum divisione, & leg. Possessio 1. §. 1. ff. De acquirenda possessione.

Capientes autem animalia in leporariis, vivariis, stagnis, sylvis non amplis, & circumdatis non aquirunt eorum dominium, sed tenentur ea restituere, cum adhuc habeant Dominum; Communis.

Ita etiam animalia domestica, seu naturaliter mansueta, sicut ferina mansuefacta, quamdiu redire solent, non sunt primo occupantis, etiamsi longe aberraverint, sed sunt domino comparenti restituenda; Communis, per text. in §. Pavonum 15. & §. Gallinarum 16. Institut. de rer. divisione.

Feram, aut avem læthaliter vulnerans, & eam insequens moraliter certo capturus acquirit ipsius dominium, & consequenter, si ab aliquo capiatur, est ei restituenda, quia tali vulnere læthali jam censetur ipsam coepisse; Communis.

Si vero fera, aut avis sit ita leviter vulnerata, ut adhuc fugere possit, tunc si alius eam fugientem capiat, est ipsius capientis, quia naturalem libertatem non amisit; Communis.

Si autem dubium foret, an qui vulneravit, ratione talis vulneris esset capturus, nec desiisset prosequi feram vulneratam, tunc de æquitate esset dividenda inter vulnerantem, & capientem tamquam duas concausas acquisitionis feræ secundum proportionem concausalitatis; Layman lib. 3. de Justitia tract. 1. c. 5. num. 12. Henno tom. 2. de Justitia, & Jure tr. 2. disp. 4. quæst. 1. concl. 1. resol. 2. Sporer, & alii passim.

Eadem ratione si quis animal vagum insequatur, & illud in retia alterius incidat, tunc uterque habet jus illud capiendi, unus quia retibus suis deprehensum est, alius quia sua opera, & industria incidit; unde de æquitate est inter ipsos dividendum secundum proportionem concausalitatis. (Vid. verb. Dominium, art. 3.)

Si piscis reperiatur ita inextricabiliter implexus in retibus alicujus piscatoris, ut nullatenus possit evadere, acquiritur statim ejus dominium; unde si alter ex ejus retibus ipsum eripiat, tenetur ad restitutionem. Secus autem est dicendum, si piscis adhuc poterat se eripere ex illis retibus, quia tunc fiet prius apprehendentis, eo quod defectu sufficientis apprehensionis

nondum piscatur, censebatur illius dominus: De æquitate tamen est piscatori aliquid dandum juxta proportionem industriæ, & probabilitatis prædæ capiendæ; Communis.

Venatio, & piscatio, si fiant solum recreationis gratia, non censentur ex se prohibita die festo, nisi addantur opera servilia; ipsa enim non sunt de se servilia, sed potius liberalia, & communia servis, & dominis; Bonacina tom. 2. disp. 5. q. unica punct. 16. num. 23. Reiffenstuel theologia mor. tract. 10. distinct. 1. quæst. 2. num. 16. Azorius, & alii. Dicitur autem notanter Nisi addantur opera servilia, quia revera venatio, & piscatio non licent, si in ipsis concurrant alia opera servilia, prout accidere solet in venationibus clamorosis cum canibus, & apparatu institutis, ac in piscationibus operosis, & multi laboris, non recreationis, sed lucri gratia exercitis; arg. cap. Qui prodest 12. & cap. An putatis 13. dist. 86. ubi ex verbis S. Ambrosii damnatur venatio diebus poenitentiae, & jejunii exercita, ibi: Qui prodest jejunare visceribus, & luxuriari venatibus; & in cit. cap. An putatis sic expresse: »An putatis illum jejunare, fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat, »non beatorum Martyrum loca sancta perquirat, sed »urgens congregat servulos, disponit retia, canes pro- »ducit, saltus, sylvasque perlustrat, servulos, inquam, »secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festi- »nantes, & voluptatibus peccata accumulata aliena, nes- »ciens se reum futurum, tam de suo delicto, quam »de perditione servorum?» Unde si S. Ambrosius tanta dicit de venantibus in diebus jejunii, quid diceret de profanantibus dies festos tali exercitio?

Permittitur tamen tamquam licita die festo piscatio certorum piscium raro, & certis solum anni temporibus occurrere, & apparere solitorum, ut halecia, & hujusmodi, textu expresso in cap. Licet 3. de feriis, ibi: »Indulgemus, ut liceat Parochianis vestris »diebus Dominicis, & aliis festis, præterquam in Majoribus anni solemnitatibus, si halecia terræ se inclinaverint, eorum captioni, ingruente necessitate, intendere, ita quod post factam capturam ecclesiis circumcompositis, & Christi pauperibus congruam faciant »portionem.«

Rigore loquendo non est venandum tempore Quadragesimæ; Sic expresse respondit Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum cap. 44. & concordat cit. cap. Quid prodest 12. & cap. An putatis 13. dist. 86. Hinc tamen rigor videtur abiisse in desuetudinem; Unde La-Croix leg. 2. num. 258. insuper dicit, quod si absit scandalum, potest venator, vel auceps in Quadragesima capere feras, vel aves, & vendere in Terris Hæreticorum.

✠ Caveat vero, ne ita errorem hæreticorum probare videatur, & ne contemptui orthodoxæ Ecclesiæ disciplinam exponat. ✠

Venatores solent se induere communiter veste viridi ad hoc ut propter aspectum viroris, quem bestię naturaliter diligunt, minus venatorum insidias expavescant.

¶ Duo novissime de hac materia edidit opuscula Ickstatt. Alterum de eo quod jure naturali circa venationem juris est; Alterum de eo quod jure publico universali & particulari Imperii Romani circa venationes juris est. Quinque hoc constat capitibus. Primum est de majestatico & territoriali circa venationis jure. Secundum de regale venationis jure, & quidem in fundis Civitatis publicis. Tertium de regali venationis jure in fundis privatis. Quartum de regali venationis jure in territorio alieno. Quintum de regali venationis jure subordinatio, sive landsassico. Meo judicio in duobus hisce opusculis pro dignitate Auctor hic de hac materia agit. Eum igitur consule, ubi res ita postulat. ¶

(Variæ decisiones tit. 8. lib. 7. Recop. Cast. continentur: legum titulus duas, & viginti, sex vero Auct. Acc., amplectitur: in his omnibus de venationis, aucupii, & piscatus prohibitione agitur: temporis fit mentio, in quo de hædis, agnis, vitulis, & juven-

eis fuit occisio vetita; [nil in præcitatæ decisionibus speciale, atque notatu dignum advertitur præter in *leg. 13.* expressum: in ea tempus, intra quod, dum causa contraventionis notatur, est procedendum, præfinitur, (de primis loquitur) nam tribus mensibus post excessum, in venatione, aucupio, & piscatu commissum transactis, actio perimitur, adeo ut, neque ex officio Justitiæ, neque per denunciationem à Judicibus ad pœnam procedi haud nequit: dixi *nil speciale*, eo quod per *regiam Sched. 16. Januar. an. 1772.* omnia, ad venatum, atque piscatum pertinentia, in compendium sunt redacta, in tantum ut juxta §. 22. prædictæ schedulæ sunt præcedentes determinationes abrogatæ, verumtamen observantiam, ad saltus, nemora, septa rei dominicæ, eorumve limites quæ spectant, retinebunt: (vide *leg. 21. tit. 8. lib. 7. Recop.*) nec particularium loca exclusa manent, æqualis est prohibitio, dummodo per jus, seu possessionem prædicta loca custodiendi sit eis facultas. (Vid. *infra Reg. Sched. 27. April. ann. 1771.*)

Decisa antequam in *dict. sched. an. 1772.* inserantur, notanda veniunt quæ per *leg. Part.* sunt decreta: sine præfinitione temporis in *leg. 57. tit. 5.* (vid. *sup. num. 1.*) & *47. tit. 6. p. 1.* (vid. *lit. C. pag. 181.*) Prælati, & Clericis hujusmodi actiones vetantur, ne à munere suo, seu obligatione distrahantur: in licitis tamen voluptatis solum, & recreationis causa, dum eis placuerit, erit permissum.

Posteaquam *titul. 1. p. 2. de Imperatoribus, Regibus, juribus eorum propriis, aliis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibusque* tractatur, fit transitus per consequens ad *tit. 2. 3. & 4.* præscribitur in primo, *qualis Rex erga Deum debeat esse*: in secundo, *qualis in cogitationibus suis*, ac in tertio, *qualis in verbis*: (aliquid in hoc opere declaratum existit: multum doctrinæ in eis reperitur) sequitur *tit. 5.*, in eoque *qualis in operationibus* determinat: inter leges, numerum primum, & vigesimum implentes, *lex 20.* numeratur, in qua quidem haud dedecere confitetur, & quam conveniens majestati exercitium venationis: hujusmodi actiones ad multa conducunt, inter alia animi discrimina temperant, lætitiæ produnt, vires firmant, si moderatione gerantur: interponenda esse gaudia curis, ut Catonis dictum, à lege refertur: sed præceptum imponitur, ne propter hasce occupationes in regnorum gubernatione aliquod oriatur impedimentum, tunc equidem jucunditas, ex ipsa modesta recreatione dimanans, in damnum, & afflictionem verteretur.

Si hæc per legum Latores ipsismet demandatur, quibus præceptis subditi non egebimus, cum, prout in communi, tempus omnibus deficiat, ut muneri nostro cumulatissime respondeamus?

Quamvis leges *Part.* post dimidiatum seculum XIII. formationem mererentur, (*lit. B. pag. 399. col. 1. prop. fin. & seq.*) in quadrupedum, ni fallor, volucrum, ceterorumque animalium venationem, seu occupationem versus nullâ reperitur prohibitio; certum est, jus naturale si inspicitur, omnia animalia, quæ cælo, terra, marique nascuntur, nulliusque sunt in dominio, ad omnium usum spectare, *leg. 2. tit. 28. p. 2.*) confestimque ab aliquo apprehensa fuere, ejus dominio (*leg. 13. ejusd. tit. & p.*) subjiciuntur; conlatis his omnibus, admiratione dignum non videbitur, si nulla sit in corpore *legum Part.* erga venationem reperta prohibitio; nec quis demirabitur, si dies, aut tempus, intra quod venatio, aucupium, seu piscatio debeat, aut non, exerceri, non esset quoque præscriptum, & determinatum, quia, sicut ipsamet ratio admonet, pro oblectamento, posteaquam intermissio detur operarum, capiendas esse similes operationes, ita, si hæc voluptas & à molestiis aberratio suos est affectus consecutura, abstinere à venatione, aucupio, & piscatione temporibus, quibus procreantur, & propagantur, perquam necessarium æstimatur, ne hæc vastentur species, si omnibus anni temporibus capere liceret: qui vult consequens, quod in venatione & ad delectationem consistit, antecedens, sine quo (vid. *sup. num. 3.*)

illud nequit ad effectum perducere *qualis est multiplicatio*, velle intelligitur, quapropter ad quid legum promulgatio? Me videtur (contemnatur judicium) hanc propter rationem dumtaxat per *leg. 1. 2. & 4. dict. tit. 8. lib. 7. Recop.* foetus & ovationis tempore venationem, aucupium, & piscatum interdici; homines si appetunt, animum curis implicatum ita relaxare, eorumque epulis delectari, simili tempore à venatoriis actionibus debent abstinere, secus enim penuria eveniret, & his recreationibus, humanitati consentaneis, aditus intercluderetur.)

Verum enim vero, cum hominum perversitas quæ eorum animis tamquam injusta naturaliter sunt insita, transgrediatur, & pœnas in contraventores decernere, ut impunita crimina non maneant, ceterique exemplo terreantur (*leg. 1. tit. 31. p. 7.*) visum fuerit necessarium: inde provenit, in considerationem venisse, circa hanc materiam sequentibus ætatibus leges publicari, ut tempora, quæ in præcitatæ *Recop.* ordinationibus implicite continebantur, omni posthabita dubitatione, explicite denotarentur.

Licet inter alias, *Regia schedula 3. Mart., Regiumque decretum 13. ejusd. mens. an. 1769.* vigeret, tamen cujus antea est mentio facta, videlicet *an. 1772.* regulam constituit: hæc ordinatio, in præinsinuatos duos, & viginti capitulos distributa, tempora præfigit intra quæ licite, aut illicite proceditur: personas distinguit: instrumenta, venatoriaque animalia, quibus hoccine exercitium est permissum, signantur, ac pœnæ in transgressores animadvertuntur, & quod nullâ immunitas, à judicis ordinarii cognitione ut eximantur, suffragetur, determinat.

Quoad primum: præter expressum *sup. lit. C.* in mensibus ibi relatis venationis prohibitio ad intra ex maris portulus se extendit: September simul, si extra, usque ad Oceanum, comprehenditur: ceterum, si magna sit nivis copia, absoluta est interdictio ibi: *en todo el año de nieve, y fortuna*: hæc continet *capit. 1.*: fere convenit præfata declaratio cum *leg. 2. tit. 8. lib. 7. Recop.* ibi: *en tiempo de fortuna, y nieve*: sed *lex 40. tit. 19. lib. 8. Ordin. Reg.* sic se habet, ibi: *Otrosi, quien con fortuna de nieve matare*: quod discrimen versetur inter utrumque, Lectori committo:

Sub hac temporis præfinitione (*cap. 2.*) lepusculi ventis existentes locis excipiuntur, nam eorum dominis, seu Conductoribus à die nativitatæ S. Joannis Baptistæ ad Martium usque exclusive licet, se illorum venationi incumbere; coturnices, alique passeris (*cap. 8.*) ulterius progredientes, quocumque tempore, retibus etiam, laqueis, atque illicibus, aucupantur.

In columbas jactus quosvis sive *arcubusii, ballistæ, sagittæ, lapidis &c.* intra leucam à columbariis (vid. *leg. 7. ejusd. tit. 7. lib. 7.*) explodere, casses, decipulas, aliaque præparare, ut manucapiantur, non conceditur, sationis, ac fructuum recollectionis stationibus exceptis: nec tunc equidem generalis est permissio: in locis, ubi semina terræ mandantur, & quamdiu nascuntur segetes, dumtaxat permittitur: præcedentia usque ad *1. Octob. ann. 1784.* observantiam retinuerunt, eo quod alia pragmatica in derogationem *leg. 7. & cap. 9.* publicationem obtinuit: per ejus quatuor articulos decretum manet, in quinque mensibus, scilicet *Octobris, Novembris, Junii, Julii, & Augusti*, ne semen uno in tempore, fructusque in alio diminutionem patiantur, cujuscumque columbaris dominum istud claudere, aut retia objicere, ne inde egrediantur, teneri: si hisce duabus stationibus columbæ extra fuerint repertæ, ab omnibus, ubicumque, cum pulvere sulphureo, plumbeas grandines emittente, occidi poterunt: quando jactus hispano sermone *del tiro* intra distantiam circa earum habitacula inveniuntur, nisi ad ipsamet columbaria terga vertantur, illicite in actione, si munitione premantur, proceditur: pœna columbarum amissione, resartione damni, septemdecim marapetitorum exactione pro singulis ipsarum exercetur: extra hic tempora præfinita *cap. 9.* suam virtutem servabit.

A jure non resistitur, insidias, laqueos, aliaque quælibet instrumenta parare, ut lupi capiantur; (*cap. 10.*) jux-

juxta indigentiam inest ordinariis iudicibus potestas ad usque luporum, vulpium, aprorum, animaliumque reliquorum noxiorum exterminium providendi: nihilominus, in viis, & semitis foveas facere, cippos ponere, ac retia tendere, ex quibus, hominibus, belluis, pecoribus, & armentis possit præjudicium irrogari, detestatur: cuicumque, qui lupum unum, duos &c. captos ad oppida transmiserit, juxta populorum ordinationes, seu consuetudinem est gratia referenda; Consonant *leg. 7. tit. 15. p. 7. lit. R. pag. 151. col. 1. 19. § 22. tit. 4. lib. 4. For. Reg. 15. tit. 19. lib. 8. Ord. Reg. 5. atque 6. tit. 8. lib. 7. Recop.*

Fluvialis piscatio, (de maritima nec ullum verbum nisi cum arundine ex Martii die prima ad finem usque mensis Julii est omnibus vetita: dominis (*cap. 11. § 12.*) alicujus territorii, ubi reperiuntur piscinæ seu stagna, illiusve Conductoribus, regio præcedente ordine, ex die 24. Junii piscari licebit: ad tractatæ piscatum, dum intra tempora ex mense, *Octobris, Novembris, Decembris, Januarii, & sequentis* non capiuntur, potest procedi. Ad idem *leg. 9. § 10. dict. tit. § lib. Recop.* diriguntur: nec alia est decisio §. 6. *Reg. Sched. 15. Maji ann. 1770.* in navigationem prope Villam Matritensem expeditæ.

Ad personas quod attinet, nunc fit transitus: prohibitionis tempore, quovis quæsito colore, ad venandum sclopetis utendi (*cap. 3.*) nemini datur potestas: eorum usus objectum præsentatur, si in passerculorum vulgo *Gorriones* vastationem, præque frugibus conservandis, prævia venia judiciali (vid. *sup. lit. C.*) dirigatur, vel quivis, cui non sit interdictus, itinere se committat: extra idem tempus Nobilibus, Personis Ecclesiasticis, ceterisque aliqua notatis distinctione cum canibus, & arcabussis concessum (*cap. 4.*) advertitur: mercenariis hispano sermone *Jornaleros* ac eis, mechanica opificia exercentibus, nisi recreationis causa, & festis diebus, (vid. *verb. Festa*) denegatur: (in piscatu idem, etsi cum arundine, (*cap. 14.*) servabunt, etiam per totius anni circulum prædictis diebus.) ecclesiasticis vero juxta dispositionem *leg. 47. vid. lit. C.*

Canibus lepores insequentibus, (*cap. 5.*) personis in præcedenti contentis, extra vetita tempora, ubi vires non coalescant, frui conceditur: e contra prohibitio, usquequo ex vinetis fructus extrahantur, etiam tempus amplectitur: intra quinque leucas, sedes regias circumvale, divites, & honorati eisdem fungi valebunt, si præter quamlibet harum qualitatum, *Supremi Castellæ Senatus aula* quam *Justitiæ* vocant, veniam obtinuerint.

In prandio cum volatilia, & terrestria permulta laute accipiantur, homines, virgulam justitiæ obtinentium approbatione, absque jurium aliqua exactione, præeunte, exercitio venationis, & aucupii incumbentes permittendi, (*cap. 6.*) bonæ existimationis si fuerint, aptique ad illud reperiantur.

Quadrupedes illi parvuli, (*cap. 7.*) lepusculis seu cunilis infesti, usque ad internationem eos insectantes vulgo *Urones* denominati, non solum sunt ad venationem prohibiti, verumetiam eorum genus, in tantum ut à nemine valeant retineri, nec, ut multiplicentur: quisquis eis indiguerit, in præfato Prætorio si fuerit veniam adeptus, ante Judices oppidi lingua vernacula *de Arganda*, ubi in custodia manent, debet eandem exhibere, illicque sub præventis securitatibus, quantum opus sit, bestiolarum illarum tradentur.

Exercendi aucupium sicut piscatum mediis illicitis, est nulli facultas: ad volucrum venatum, eisdem uti, ceteræ ut aves alliciantur, laqueis scilicet, decipulis, retibus, &c. est omnibus prohibitum: uno verbo instrumenta, quæ in earum sunt perniciem, & destructionem, atque foecunditati, oblectamentoque parant præjudicium, proscribuntur; piscatus, præsentibus præfinitis temporibus, hamis, fiscinis, cassibus, cujuscumque hi fuerint qualitatis, à quolibet exercebatur, dummodo annuli (cassium est judicialis, recognitio præcedenda) formam quadratam, signatam in ipsamet ordinatione ultra non protendantur, nec majorem capiant extensionem:

hic relatis solum permissis, prohibita præ oculis habentur: ideo quæcumque, pisces evententia, saluti, pecudumque aquario exitialia, reprobantur; Ad idem *leg. 9. § 10. tit. 8. lib. 7. Recop.* Vid. *verb. Arma, in add. nov. verb. Bannitus, in hisp.*

Si quæ sunt servanda, stabilita reperiuntur, poenæ in transgressores quod decernantur, præter alia, quæ, ut Ordinationis compleatur objectum, solent provideri, est consequens.

Trium millium marapetitorum (*cap. 15.*) poena Nobiles, ac honoratæ personæ vice prima plectuntur, sexmillibus pro secunda, & novem pro tertia: oppidorum generalem statum constituentes mille & quingentis pro prima, si, unde solvant, nil eis suppetit, octo dierum spatio vinculis, ut in corpore luant, adjiciuntur: pro secunda æqualiter duplicatur, an denique pro tertia quatuor millibus, & quingentis, dummodo egestate non premantur, secus enim per viginti quatuor dies in carcere conjicientur: sicut in secunda duplicatur tota poena, pro tertia erit triplicanda: in omnibus instrumenta amittuntur, & Consilium Supremum Castellæ, actus iterationibus prævisis, secundum quod sibi magis opportunum judicaverit, in præcepti violatores animadvertet; Judices Ordinarii, (*cap. 16. § 17.*) quorum cognitio est primaria, ad idem tribunal testimoniales literas, fidem condemnationum facientes, debent remittere, in depositoque sunt instrumenta retinenda quousque quidquam de iisdem provideatur: summarie processus, quatuor intra unicos dies auditis partibus, terminabitur; (vid. *sup. vers. Licet: in fin.*) in horum excessuum comprobationem custodis, (*cap. 20.*) seu satellitis cujusvis declaratio, cum sclopeti, canis &c. deprehensione sufficit declaratio, etsi excedentes fori gaudeant privilegio; recursus appellationis si interponitur, (*cap. 19.*) dum locum habet, ad præfatum Prætorium est admittenda; in ejusmodi mandata non custodientes, Ecclesiastici, Seculares, Regularesve si fuerint, ut *lit. B. pag. 265. in add. hisp.* advertitur, iri processum, determinatum existit: quando actus datur repetitio, seu resistere se intendunt, nudi facti informatione præmissa, ipsamet, certiore notitiam qualitatum, casuumque occurrentium eidem Auditorio cum Prælatorum quibus inobedientes subjiciuntur, relatione præstando, transmittenda, omnia ut optime adimpleantur, Judicibus (*cap. 21.*) præcipitur: omnis coniventia si transgressio notatur, amandari debet; tandem (*cap. 22.*) de mandato, hujusce ordinationis publicationem singulis annis, primisque octo diebus mensis Februarii, & Septembris, absque aliqua excusatione efficiendam.

Manet præventum, singulares ordinationes, regias schedulas, ceterasque declarationes, quibus cum rei dominicæ saltus reguntur, nil *reg. sched. ann. 1772.* suffragante, suo robore, & firmitate existere, ideo quælibet transgressio propriam vindictam reportabit: nihilominus *Reg. Sched. 27. April. an. 1771.* (hujus sicut circa columbas expeditæ præcipuum est objectum agriculturæ consulendi) aliquid amplitudinis concedit, quæ quidem ita disponit:

Variæ querellæ ab agricolis intra limites oppidi sermone patrio *de Aranjuez*, sotos, & agros confines habentibus, ad regias aures cum essent delatæ, eo quod animalia, venationi Domus Dominicæ in saltibus eorundem terminorum dicata, magnum sationibus præjudicium inferebant, huic detrimento, tamquam culturam decrescenti, remedium adhibere illico intendit: quamvis præmeditaret Rex Catholicus posse facile, si prædia sepirentur, idem declinare, ceterum inspiceret, tellure quod præstat, accipi debere, nam non dat terra fructum sine usura, indulset, atque concessit, fructibus pendentibus, cum instrumentis, & canibus, quibus fuerit opus, ad abigenda, animaliaque prædicta, & dictis nemoribus contenta, pavescenda, certis etiam sub qualitibus, ab agricultoribus irruptiones effici, poenas determinatas, sin aliter processerint, ac venatui se dederint, in transgressores exequendo.)

V E N D I T I O.

1 * **C**LERICI beneficiati prohibentur unico actu vendere commodum, seu utilitatem percipendi fructus beneficii quoad vixerint, vel per longum tempus, recepta pecunia in ea summa, de qua conventum est inter contrahentes, sive pecunia illa tota simul solvatur, sive per plures solutiones. Id vero vetitum sub excommunicatione, & aliis pœnis contra alienantes bona ecclesiastica inflictis, & contractus omnes ita celebrandos in futurum irritat, & annullat. Benedictus XIV. constit. 29. tom. I. Bullar. incip. Universalis Ecclesiæ.

2 In contractu emtionis & venditionis, si fiat pactum, quo venditor, quodcumque voluerit rem venditam redimere, obligetur in vi ejusdem pacta plus dare, quam receperit in venditione, contractus est injustus. *De synodo diœc. lib. 7. cap. 51. §. 4.*

3 Si venditio fiat cum pacto redimendi intra certum tempus, quo elapso non sit amplius locus retrovenditioni, iste contractus sapit usuram, ex eo quia videtur inducere naturam pignoris. *Ib. **

Alia; Vide *verb. Emtio.*

V E N E N U M.

S U M M A R I U M.

- 1 **C**OMPONENTS venenum hominis necandi gratia, reus est homicidii.
- 2 Item reus est homicidii ipsum venenum vendens, vel apud se retinens ad dictum malum finem.
- 3 Et à fortiori reus est homicidii ipsum venenum propinans, & mandans propinari ad dictum malum finem.
- 4 Plus est hominum veneno, quam gladio, seu sica occidere.
- 5 Homicidium veneno commissum punitur pœna ultimi supplicii.
- 6 Venenum prorrigena conjugata, vel conjugato ad facilitandum Matrimonium cum conjugate superstite, puniendus est pœna mortis.
- 7 Homicidium committens veneno non gaudet immunitate ecclesiastica.
- 8 Alia ad rem, remissive.

1 **C**OMPONENTS venenum hominis necandi gratia, reus est homicidii, morte sequuta; *leg. Capitalium 28. §. 9. ff. de pœnis, Corrado in praxi dispens. lib. 1. cap. 1. num. 20. Ursaya institut. crim. lib. 2. tit. 5. n. 77. & alii communiter.*

2 Item reus est homicidii venenum vendens, vel apud se retinens hominis necandi gratia, morte sequuta; *Ursaya loc. cit. & alii per text. in cit. leg. Capitalium.*

3 Et à fortiori homicidii reus est ipsum venenum propinans, & mandans propinari ad dictum malum finem; *Communissima, per text. in cit. leg. Capitalium. Plus est enim hominem veneno, quam gladio, & sica occidere, textu expresso in leg. Plus est 1. Cod. de maleficiis, ibi: Plus est hominem extinguere veneno, quam occidere gladio.*

4 Homicidium veneno commissum punitur pœna ultimi supplicii, per text. *in cit. leg. Capitalium 28. §. 9. ff. de pœnis; immo reus tamquam assassinus trucidari debet malleo in capite; Cavalc. de brach. reg. part. 4. num. 57. Guazzin. ad defens. 43. cap. 4. num. 8. Ursaya loc. cit. num. 89. & alii.*

5 Venenum prorrigena conjugata, vel conjugato ad facilitandum Matrimonium con conjugate superstite, puniendus est pœna mortis; *Censal. decis. Januens. 10. n. 36. & seq. ubi refert, quod fuit suspensus Juvenis, quia placentam venenatam tradi fecerat patri amasiæ, ad hoc ut post necem patris eandem amasiam duceret, & Raynald. tom. 3. cap. 31. §. 4. num. 10. & seq.*

ubi quo ita practicum fuit in Urbe de anno 1678. in *Firmana Uxoridii*; Quodque ita practicum debet, etiamsi non sequatur mors, ut refert, & tenet etiam *Ursaya loc. cit. num. 93. 94. & 95.*

Homicidium committens veneno, non gaudet immunitate ecclesiastica; *Sacra Cong. Concilii sub die. 3. Decemb. 1622. apud Barbosam in Summa Apostol. decis. verb. Homicidia num. 7. & sæpius Sac. Cong. Immunitatis, & colligitur ex novissima constitutione Benedicti XIII. incip. Ex quo §. 6. ubi immunitate ecclesiastica privantur interficientes proximum suum animo præmeditato, ac deliberato; qualitas enim veneni semper præsupponit præmeditationem, ut ex aliis recte docet Ursaya loc. cit. num. 86. Vide ipsum loc. cit. lib. 2. tit. 5. num. 74. ubi multa habet ad rem.*

Ad alia rem; Vide *verb. Homicidium, verb. Immunitas, verb. Maritus, verb. Mater, verb. Uxor.*

VENERABILE SACRAMENTUM.

Vide *verb. Eucharistia, verb. Missa, verb. Processio, verb. Sacramentum, verb. Sacrificium, verb. Tabernaculum.*

VENERATIO SANCTORUM.

S U M M A R I U M.

- 1 **P**ro Sancto aliquem venerari non licet sine licentia Papæ, etiamsi in vita fecisset miracula.
- 2 Sanctus proprie, & stricte captus quis sit.
- 3 Beatus proprie, & stricte sumtus quis sit.
- 4 Canonizatio proprie, & stricte sumta quid sit.
- 5 Beatificatio proprie, & stricte capta quid sit.
- 6 Duplex est tam Canonizatio, quam Beatificatio, una scilicet formalis, & altera æquipollens.
- 7 Quæ sit Canonizatio formalis.
- 8 Quæ sit Canonizatio æquipollens.
- 9 Quæ sit Beatificatio formalis.
- 10 Quæ sit Beatificatio æquipollens.
- 11 Beatificatio, & Canonizatio non differunt essentialiter, sed solum accidentaliter, ad num. 12.
- 12 Adducitur, & solvitur instantia.
- 13 Affertur, & solvitur alia instantia.
- 14 Secundum plurimos Classicos Doctores est de fide, quod Papa non possit errare, non solum in Canonizatione, sed etiam in Beatificatione.
- 15 De facto solus Papa potest aliquem canonizare, vel beatificare.
- 16 Quamvis antiquitus plurimi Sancti post felicem eorum obitum communi Episcoporum, & populorum consensu tales declararentur, & colerentur; hoc tamen semper de auctoritate expressa, vel tacita summi Pontificis.
- 17 Et à tempore Alexandri III. usque in præsens potestas, tum canonizandi, tum beatificandi soli Romano Pontifici privative quo ad omnes alios fuit reservata.
- 18 Qui fuerit primus Pontifex, qui solemniter Canonizatione celebravit, ad num. 20.
- 19 In Canonizatione non semper fuit observatus idem ritus, & forma solemnitatis, qui solet observari nostris hisce diebus.
- 20 Item nec semper fuit observatus idem ritus, & forma in Beatificatione.
- 21 Assignantur in quo potissimum consistat solemnitas Beatificationis.
- 22 Tam ad Beatificationem, quam ad Canonizationem duo copulative requiruntur, scilicet excellentia virtutum in gradu heroico, & miracula.
- 23 Miracula, non solum in vita, sed præcipue post obitum patrata, sunt necessaria ad Beatificationem, & Canonizationem alicujus.
- 24 Quot miracula requirantur, & sufficiant, tum ad Bea-

- Beatificationem, tum ad Canonizationem.*
- 27 *In Beatificatione, & Canonizatione Martyrum non solet fieri tam exacta inquisitio de probitate vitæ, & miraculis tempore vitæ peractis, ac fit in Beatificatione, & Canonizatione Confessorum.*
 - 28 *Antiquitus nomen Martyris, & Confessoris promiscue sumebatur, sicque idem erant Martyres, & Confessores.*
 - 29 *Progressu tamen temporis, ut fit etiam nunc, Ecclesia consuevit distincte nomen Martyris, & Confessoris usurpare.*
 - 30 *Hodie non proceditur ad Beatificationem, & Canonizationem, nisi elapsis quinquaginta annis ab obitu Beatificandorum, & Canonizandorum.*
 - 31 *Possunt tamen intra id tempus confici processus per Ordinarios, vel per Delegatos Apostolicos, & in Sacra Congregatione discuti de eorum validitate.*
 - 32 *Supra complementum dicti temporis solet interdum ob justas causas à Rom. Pontifice concedi dispensatio, & adducuntur exempla de variis similibus dispensationibus.*
 - 33 *Sine dicta Pontificia dispensatione est omnino observanda supradicta lex ab Urbano VIII. constituta de lapsu quinquaginta annorum ab obitu Servi Dei, & assignatur motivum talis dilationis.*
 - 34 *Adoratio, seu cultus quid sit.*
 - 35 *Adoratio, seu cultus alia mere est civilis, seu politica, & alia sacra, seu religiosa, & quæ sit utraque.*
 - 36 *Adorationis sacræ, seu religiosæ tres sunt species, nempe Latria, Hyperdulia, & Dulia.*
 - 37 *Adoratio, seu cultus latriæ quæ sit.*
 - 38 *Adoratio, seu cultus hyperdulie quæ sit.*
 - 39 *Adoratio, seu cultus dulie quæ sit.*
 - 40 *Dicta triplex adoratio, seu cultus alia est absoluta, & alia respectiva, & quæ utraque sit.*
 - 41 *Cultus alius est publicus, & alius privatus, & qui sit uterque.*
 - 42 *Cultu publico coli possunt omnes Sancti, & Beati, cum aliqua tamen differentia, quæ assignatur.*
 - 43 *Circa Beatos nondum Canonizatos attendenda sunt Brevia Pontificia, & Decreta Sacræ Congregationis Rituum, quæ afferuntur.*
 - 44 *Qui cum fama Sanctitatis obierunt, & nondum sunt Canonizationi, nec Beatificationi, possunt licite coli cultu privato, & non cultu publico.*
 - 45 *Circa cultum, & venerationem talium virorum fama Sanctitatis defunctorum, eorumque Imagines, miracula, revelationes &c. attendendæ sunt duæ celeberrimæ constitutiones Urbani VIII. ad id editæ.*
 - 46 *Affertur primâ constitutio.*
 - 47 *Affertur secundâ constitutio.*
 - 48 *Attendenda sunt insuper decreta ad id edita de expresso mandato Urbani VIII. & edita jussu Innocentii XI.*
 - 49 *Affertur decretum Sacræ Congregationis Rituum super immemorabili.*
 - 50 *Adducitur decretum ejusdem Sacræ Congreg. servandum in recipiendis informationibus pro causis beatificationum, & canonizationum Servorum Dei.*
 - 51 *Circa cultum, & venerationem reliquiarum Sanctorum, & Beatorum est idem ferme dicendum, ac de cultu, & veneratione ipsorum Sanctorum, & Beatorum.*
 - 52 *Per reliquias Sanctorum, & Beatorum quid intelligatur.*
 - 53 *Reliquiæ noviter inventæ, & productæ, ad hoc ut coli possint cultu publico, debent prius esse legitime recognitæ, & approbatæ.*
 - 54 *Reliquiæ tam Beatorum, quam Sanctorum de novo inventæ, non solum à Papa, sed etiam ab Episcopo recognosci, & approbari possunt.*
 - 55 *Immo reliquiæ à Papa jam approbatæ, antequam exponantur, debent etiam ab Episcopo recognosci.*
 - 56 *Et hoc etiam pro reliquiis exponendis in ecclesiis Regularium.*
 - 57 *Episcopus pro approbandis reliquiis noviter inventis, & Romæ nondum approbatis, debet adhibere teologos, & pios viros.*
 - 58 *Et si aliquod circa id emerit grave dubium, nihil inconsulto Summo Pontifice novum, aut in ecclesia hætenus inusitatum est decernendum.*
 - 59 *Episcopus approbare non potest in ordine ad cultum publicum reliquias alicujus cum fama Sanctitatis defuncti, & nondum Canonizati, nec Beatificati.*
 - 60 *Cultu privato possunt coli Reliquiæ quæcumque, tam antiquæ, quam novæ, non solum Canonizatorum, & Beatificatorum, sed etiam cum fama Sanctitatis defunctorum, quamvis à nemine recognitæ, & approbatæ fuerint.*
 - 61 *Reliquiæ antiquæ habendæ sunt in ea veneratione, qua hætenus fuerunt.*
 - 62 *Innuitur attendendum novissimum edictum emanatum pro veneratione reliquiarum.*
 - 63 *Reliquiæ non sunt incensandæ, nisi cum incensantur Oblata.*
 - 64 *Corpora Sanctorum, & insigne eorum reliquiæ non possunt transferri de civitate ad civitatem, nec de ecclesia ad ecclesiam inconsulta Sede Apostolica.*
 - 65 *Item transferri non possunt de loco ad locum corpora neque reliquiæ Beatorum nondum Canonizatorum, nec fieri potest mutatio capsæ, in qua eorum ossa recondita sunt, nisi accedente Summi Pontificis, aut Sacræ Congregationis Rituum auctoritate.*
 - 66 *Item sine licentia Papæ, aut Sacræ Cong. Rit. transferri non possunt de loco ad locum corpora Servorum Dei nondum Beatificatorum, nec Canonizatorum, in quorum beatificationis, & canonizationis causis Sedes Apostol. jam manum apposuit.*
 - 67 *Translatio autem corporum Servorum Dei nondum Canonizatorum, nec Beatificatorum, in quorum causis Sedes Apostolica nondum manum apposuit, potest fieri de licentia Ordinarii.*
 - 68 *Reliquiæ Sanctorum vendi non possunt.*
 - 69 *Furtiva subtractio SS. corporum, vel reliquiarum, etiam devotionis causa facta, est peccatum sacrilegii, nisi essent in locis infidelium condita.*
 - 70 *Reliquiæ in Altare pro ejus consecratione locandæ debent esse Sanctorum ab ecclesia approbatorum.*
 - 71 *Corpora Sanctorum nondum Canonizatorum non possunt poni sub altari.*
 - 72 *Quando exponuntur reliquiæ, ultra lampadem, debent continuo ardere in altari duo lumina.*
 - 73 *Reliquia Sancti ad hoc ut possit de eo recitari officium, debet esse Insignis, & quæ sit talis reliquia.*
 - 74 *Officium de reliquia insigni celebrandum est solum in ecclesia, ubi est reliquia, quamvis sit cathedralis.*
 - 75 *De reliquia non insigni non licet celebrari officium.*
 - 76 *De Sancto, cujus habetur corpus, vel insignis reliquia, non potest fieri officium, nisi constet de identitate, & nisi reperiatur in martyrologio Rom. Reliquiæ vero, si sint à locorum Ordinariis approbatæ, possunt exponi ad fidelium venerationem.*
 - 77 *Festum, quod in aliqua ecclesia celebratur ratione corporis, vel insignis reliquiæ, non habet octavam, nisi specialiter concedatur à Sede Apostolica.*
 - 78 *Qui recitant officium de Sancto, de quo habet insignem reliquiam in propria ecclesia, si celebrat eadem die in alia ecclesia, debet omittere Credo.*
 - 79 *In aliis ecclesiis, ubi celebratur officium, & missa de Beatis, licet eorum reliquias exponere, imagines, & simulacra super altari collocare.*
 - 80 *In missis de Beatis non debet dici Credo, nisi adsit reliquia.*
 - 81 *Reliquiam deferre in processionibus pertinet ad Priorem Conventus, unde reliquia sumitur.*
 - 82 *Reliquiæ non in monasteriis Monialum, sed in exterioribus ecclesiis asservari debent.*
 - 83 *Reliquiarum Sanctorum Patronorum civitatis clavis una concedi potest Magistratui seculari ejusdem civitatis.*
 - 84 *Reliquia modica jam facta alienabilis alicui ecclesiæ, vel Oratorio donari potest; Alias non posset alienari sine beneplacito Apostolico.*
 - 85 *Reliquias falsas exponere ad venerationem, est peccatum superstitionis.*

- 86 Reliquiæ, & ossa Sanctorum radi non possunt, ut rasura detur cum pota infirmis.
 87 Immo neque portari possunt ad ipsos infirmos.
 88 In altari, in quo est expositum SS. Sacramentum, non possunt exponi reliquiæ.
 89 In tabernaculo, ubi asservatur SS. Sacramentum, non sunt retinendæ reliquiæ.
 90 Solemnitates novorum Beatorum, & Sanctorum à quibus prius, & quomodo peragenda in Ordine Fratrum Minorum, ad num. 96.
 97 Alia ad rem, remissive.
 98 Subnectuntur supplementa Auctoris, ad num. 100.

1 PRO Sancto aliquem venerari non licet sine licentia Papæ, etiamsi in vita fecisset miracula; *Communis*, textu expresso in *cap. Audivimus 1. de reliquiis, & veneratione Sanctorum, ibi*: „Illum ergo non præsumatis de cetero colere, cum, etiamsi per eum miracula fierent, non liceret vobis pro Sancto absque auctoritate Romanæ ecclesiæ venerari.“

2 Sanctus igitur proprie, & strictè captus, & veneratione dignus est omnis, & solus ille, qui rite *Canonizatus*, idest per Pontificem albo, seu numero, & catalogo aliorum Sanctorum publice, solemniter, ac canonicè adscritus tamquam Sanctus declaratus, & definitus est, addito statuto, ut ab omnibus pro tali habeatur, atque colatur; *Sic in re Doctores communiter.*

3 Item Beatus proprie, & strictè captus est omnis, & solus ille, qui ex speciali concessione Summi Pontificis ab aliqua provincia, religione, vel loco tamquam in cœlis existens cultu aliquo publico, v. g. recitatione divini officii, celebratione missæ, expositione publica, ejusdem reliquiarum ad normam concessionis Pontificiæ coli, & venerari potest; *Ita in re pariter Doctores communiter.*

4 Unde Canonizatio proprie, & strictè sumpta est publicum Sedis Apostolicæ judicium, & expressa definitio de Sanctitate, & gloria alicujus, qui solemnè cæremoniæ pompa Sanctorum catalogo adscribitur, & publicæ totius Militantis ecclesiæ venerationi proponitur, eique honores Sanctis debiti decernuntur; *Est in re Communis.*

5 Beatificatio vero proprie, & strictè sumpta est legitima Pontificis concessio alicui certo regno, provinciæ, religioni, vel loco facta, ut aliquis tamquam cum Christo in cœlis regnans cultu aliquo publico, ut recitatione divini officii, celebratione missæ, expositione publica ejusdem reliquiarum, ad normam Pontificiæ concessionis venerari, ac invocari possit; *Est in re Communis.*

6 Duplex est tam Canonizatio, quam Beatificatio,

7 una scilicet formalis, & altera æquipollens. Canonizatio formalis est illa, quæ expletur à Summo Pontifice servata forma judiciali, prolataque sententia cum

8 omnibus consuetis cæremoniis, seu solemnitatibus. Canonizatio æquipollens est, cum Summus Pontifex aliquem Dei servum in antiqua cultus possessione existentem, fama virtutum & miraculorum celebrem, nulla prolata sententia, nec servato ordine judiciali, omisissisque consuetis cæremoniis, ac solemnitatibus, coli jubet in universa ecclesia, tali determinato die per officii, & missæ recitationem, & celebrationem; sic recitissime omni genere virtutum, ad disciplinarum undequaque Eminentissimus Cardinalis de Lambertinis, deinde meritissimus, ac vigilantissimus Summus Pontifex in suo nemini impari, omnibus sub pari clarissime opere *de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione lib. 1. cap. 41. num. 1. ubi à §. 1. ad 10. per totum caput* varias recenset æquipollentes Canonizationes peractas à Summis Pontificibus, ut Sancti Romualdi à Clemente VIII. Sancti Noberti ab Urbano VIII, & Clemente X. Sancti Brunonis à Clemente X. Sancti Petri Nolasci ab Alexandro VII. & Clemente X. Sancti Raymundi Nonnati ab Innocencio XI. Sanctorum Joannis de Matha, & Felicis de Valois ab Innocencio XII. Sanctæ Margaritæ Scotorum Reginæ ab Innocencio XII. Sancti Stephani Hungariæ Regis ab

Innocencio XI. Sancti Wenceslai Ducis Bohemiæ à Benedicto XIII. Sancti Gregorii VIII. ab eodem Benedicto XIII.

* Adde §. 11. *ejusdem Capituli, ac libri editionis Romanæ 1747. S. Gertrudem Islebiensem Virginem à Clemente XII. æquipollenter canonizatam.* *

Beatificatio formalis est illa, in qua prævia formali discussione virtutum, aut martyrii, & miraculorum Summus Pontifex indulget, ut servus Dei *Beatus* appelletur, atque in determinato aliquo regno, provincia, religione, aut loco locatur, & ut plurimum quidem cultu officii, ac missæ in ejus honorem. Beatificatio æquipollens est illa, in qua rata habita fama virtutum aut martyrii, & miraculorum Summus Pontifex approbat sententiam latam à Judice Ordinario, vel Delegato super cultu immemorabili, ac casu excepto à decretis Urbani VIII: Idem qui supra *loc. cit. c. 42. num. 8.*

Beatificatio, & Canonizatio non differunt essentialiter, sed solum accidentaliter; quamvis enim nonnulli apud Pignatell. *tom. 4. consult. 53. num. 1.* velint, Canonizationem essentialiter, & secundum propriam rationem intrinsecam distingui à Beatificatione; Ipse tamen Pignatellus *ibid. num. 2.* talem opinionem reprobans sic expresse habet: At vero hæc doctrina non est à Sede Apostolica; ideoque non video quomodo subsistat: Beatificatio non enim univoce convenit cum Canonizatione, scilicet in nomine, cum Beatificatio sit etiam Canonizatio, quamvis particularis, ut breviter, sed optime dicit Pegna *de cultu, & veneratione Sanctorum. Turrianus in 2. 2. D. Thom. disp. 16. dub. 2. & 3. Card. Tusch. verb. Canonizare, Contellorus de Canonizatione Sanctorum cap. 2. num. 4. & alii.* Ac etiam ratione substantiæ. Nam & Beatus potest invocari, aræ possunt Deo dicari in ejus memoriam, missa, laudes, & preces in officio divino ei dicuntur, dies festus in ejus memoriam celebratur, pingitur cum radiis in signum Gloriæ; qua fruitur in cœlis, ejus reliquiæ exponuntur in ecclesiis ad venerationem; qui omnes sunt honores essentielles Sanctorum Canonizationum, teste Bellarmino *tom. 2. contro. 4. lib. 1. capit. 7.* Hæc ad literam Pignatell. *loc. cit.*

Et revera, quoad Beatificatio, & Canonizatio non differant essentialiter, clare patet, ex quo utraque fiat maturitate maxima, & causa plenissime discussa, ac cognita, precibus premissis, & Spiritus Sancti assistentia enixe implorata, & utraque sit ultimum, & completum judicium, quod vir Dei sit in Gloria; cum Beatificatio non peragatur, nisi prius matura discussis virtutibus in gradu heroico, & miraculis tum in vita, tum post mortem patratis, quibus Sanctitas Beatificandi hominibus à Deo manifestatur, illisque legitime verificatis, Pontifex instinctu Spiritus Sancti factus certus de illius Sanctitate, & existentia in Gloria, devenit ad illius Beatificationem, expediendo ad id ipsius Beatificationis diploma, seu breve. Immo per Beatificationem etiam ut talis toti ecclesiæ proponitur, & ideo ubique à fidelibus beatus certo absque formidine in Gloria creditur, & ad gratias impetrandas invocatur, quamvis uni solo regno, aut provinciæ, aut civitati, aut religioni officio, ac missa colendus permittatur. Nequit enim alicubi dubitari de Sanctitate, & Gloria tam Beati, quam Canonizati, cum judicium Pontificis, ex quo fiat ex assistentia Spiritus Sancti, sit infallibile, sive declaret aliquem esse Beatum, sive expresse definiat esse Sanctum; Sicque ubique fideles omnes cognoscunt, per actum Beatificationis, & Canonizationis; Animam Beatificati, & Canonizati esse in Gloria; hac tamen differentia servata, quod per Canonizationem id credunt, ut per formam expresse definitivam, & pronunciativam; per Beatificationem vero, ut per formam concessivam, & implicite definitivam; Sic Arriaga *tom. 4. theol. disp. 7. sect. 4. Trullench in decal. tom. 1. cap. 9. dub. 5. num. 3. Mattheucci in practica teologos canonica ad causas Beatificationum, & Canonizationum in quæstione præmiali cap. unic. num. 9. & in opere dogmatico controvers. 7. cap. 5. num. 21. & alii.*

Nec obstat, quod pro Canonizatione novum fiat exam-

men, quia tale novum examen non fit de virtutibus Viri Dei, neque de miraculis in vita, aut ante Beatificationem patratis, quibus probata fuit sanctitas vitæ, & infallibilis existentia Servi Dei in Gloria; sed fit solum novum examen de continuatione miraculorum post Beatificationem à Deo ad intercessionem Beati patratorum, ut ea certum testimonium perhibeant, etiam voluntatis divinæ, quod Beatus publico cultu officii, & missæ in tota ecclesia colendus decernatur, ut patet ex constitutione 2. Gregor. IX. *incip. Mira* §. 6. edita pro Canonizatione S. P. N. Francisci, *ibi*: »Sane licet ejus vita tam sancta, tam strenua, & præclara sibi sufficeret ad obtinendum consortium ecclesiæ triumphantis, quia tamen militans, quæ solummodo videt in facie, non præsumit de his, quæ de suo foro non sunt, auctoritate propria judicare... vitam ejus sibi fuisse acceptam, & ipsius memoriam esse à militante ecclesia venerandam, multis, & præclaris miraculis declaravit.«

14 Nec etiam officit, quod Pontifices in Bullis Beatificationis uti soleant solum verbis *Concedimus, Indulgemus, Impartimur*, in Bullis vero Canonizationis utantur verbis explicitis *Declaramus, Definimus, Decernimus, & Mandamus*, quia ut recte dicunt Trullench. *loc. cit.* Mattheucc. *loc. cit. num. 21.* & alii. Pontifices tam per Beatificationem, quam per Canonizationem declarant Servum Dei esse in Gloria; per Canonizationem quidem in forma explicite definitiva, & pronuntiativa; per Beatificationem in forma indultiva, concessiva, & implicite definitiva; Unde vero Conterolus *de Canonizatione Sanctorum cap. 1. num. 4.* aliis allegatis tradit, »Beatificationem in effectu aliud non esse, quam particularem quamdam Canonizationem minori apparatu celebrantam« ut ait Fagundez apud Dianam *coordinat. tom. 3. resol. 9. num. 2.* Sicque apparet, quod Beatificatio, & Canonizatio non differant inter se essentialiter, sed solum accidentaliter, quatenus cultui per Canonizationem concessio adjecta non sit limitatio, bene vero adjecta sit cultui per Beatificationem indulto, ut nempe Beatus recitatione officii, & celebratione missæ colatur solum in aliquo certo regno, provincia, civitate, & religione cum nonnullis aliis limitationibus in Brevi Beatificationis exprimi solitis, ac in decretis Sacræ Congregationis Rit. *infra sub num. 43.* adducendis, expressis.

15 Hinc plurimi Classici Doctores tenent, quod sit de fide, quod Papa non possit errare, non solum in Canonizatione, sed etiam in Beatificatione; Vide verb. *Papa art. 2. à num. 49. ad 57.*

16 De facto solus Papa potest aliquem canonizare, vel beatificare; Hostiens. *in cap. Audivimus 1. de reliquiis, & veneratione Sanctorum num. 13. verb.* Absque auctoritate: & *ibid.* Joann. Andreas *num. 6. Cardinal. in 2. notabil. Innocent. num. 2. Abbas in 2. notabil. Barbos. num. 3. Fagnan. num. 20. Turrecremata in cap. 1. num. 22. de consecrat. dist. 3. S. Antonin. in Summa part. 3. tit. 22. cap. 5. §. 5. Ven. Card. Bellarmin. de Sanctor. Beatitud. tom. 2. part. 2. lib. 1. cap. 8. Mattheuc. in cit. practica theologo-canonica quest. proæmial. cap. unic. num. 1. Reiffenstuel *lib. 3. Decret. tit. 45. num. 6. Pirhing. ib. num. 3. Eminentissimus de Lambertinis, dein Beatissimus Summus Pontifex nomine Benedictus XIV. & in ævum benedicendus loc. cit. cap. 10. & alii communiter, arg. cit. cap. Audivimus 1. de reliquiis, & veneratione Sanctor. ibi*: »Cum etiamsi per eum miracula fierent, non licere vobis ipsum pro Sancto absque auctoritate Ecclesiæ Romanæ venerari;« & concordat *cap. Ex eo 2. & cap. Venerabilis 52. de testibus*; & ratio est, quia hæc est una de majoribus causis, quæ inter christianos proponi possit, ut de se patet, & omnes fatentur; majores autem causæ Sedem Apostolicam spectant; *cap. Majores 3. de Baptismo, eique specialiter reservantur; cap. Nisi 3. & cap. Quod translationem 3. de officio Legati, adeoque &c.* Tum quia sicut opera, quæ Sanctitati alicujus testimonium perhibent, fidei innituntur, ut patet de miraculis, juxta illud *Matth. cap. 17. num. 19. ibi*: »Si habuerit*

»tis fidem sicut granum sinapis; dicetis huic monti: »transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis« ita ad illum pertinet Sanctos canonizare, ad quem pertinent quæstiones fidei determinare, qualis est solus Papa; *cap. Quoties 11. caus. 24. quest. 1. cum similibus.*

Quamvis enim antiquitus ante introductionem solemnis, qui nunc servatur, ritus canonizandi plurimi Sancti (ut patet de Apostolis omnibus, de variis Martyribus Stephano, Laurentio, Sixto, Vincentio, Fabiano, & Sebastiano, Joanne, & Paulo, Cosma, & Damiano, Gervasio, & Protasio, puribusque aliis; De Confessoribus Silvestro, Antonio Abbate, Paulo primo Eremita, Martino, Nicolao, Gregorio Magno, Augustino, Ambrosio, Hieronymo, Nazianzeno, Basilio, Athanasio, Cyrilo, Chrysostomo, Hilario, multisque aliis, de Maria Magdalena, & Martha, ac de Virginibus Agnete, Agatha, Lucia, Cæcilia, Catharina, Anastasia, & pluribus aliis) post felicem eorum obitum communi Episcoporum, & populorum consensu tales declararentur, & colerentur; hoc tamen semper de auctoritate expressa, vel tacita Summi Pontificis id non contradicentis, sed tacite approbantis, ut docent Gonzal. *in cap. Audivimus sub num. 7. de reliquiis, & veneratione Sanctor. Garcias de canonizatione §. 5. pag. 91. Gravinas de catholic. præscrit. tom. 4. q. 5. Canonizatione Sanctor. pag. 321. Dominicus à Sanctissima Trinitate tom. 3. de ecclesia militante in bibliotheca maxima Pontificia tom. 10. pag. 437. Rabaudi exercit. theolog. tom. 2. exercit. 3. cap. 1. pag. 138. Azorius Institut. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 7. Bellarmin. loco cit. cap. 8. in fine, Layman lib. 4. tract. 7. cap. 5. num. 1. Reiffenstuel loco cit. num. 7. Mattheuc. loco cit. num. 1. & 2. Lambertin. loco cit. lib. 1. cap. 6. sub num. 9. ubi egregie more suo id probat pluribus aliis adductis.*

Et à tempore Alexandri III. usque in præsens potestas tum canonizandi, tum beatificandi soli Romano Pontifici privative quoad omnes alios fuit reservata; *cap. Audivimus 1. de reliquiis, & veneratione Sanctorum*, ubi dictus Alexander III. Summus Pontifex, ut patet ex ejusdem verbis adductis *supra num. 16.* inhibuit, ne quis imposterum pro Sancto venerari inciperet absque Romani Pontificis expressa approbatione; Bellarmin. *loc. cit. cap. 8. Mattheuc. loco cit. n. 5. Gravina in Continuatione secundæ partis Catholic. præscrit. tom. 4. pag. 209. §. Merito vero Alexander, Vanespen. Juris ecclesiastici univers. part. 1. tit. 22. cap. 7. num. 14., & pluribus aliis adductis, Lambertin. loco cit. c. 10. à num. 5. usque in finem*; Quamvis tamen Victon. Bivarius, Godefridus, Henschenius, Daniel Papebrochius, & alii apud ipsum *loc. cit. numer. 5.* non improbabiler censeant, talem legem, seu reservationem esse multo antiquiorem Alexandro III. cum in dicto *cap. Audivimus*: id de novo non statuat, sed quasi jam constitutum commemoret, & tali loquendi forma decretum non faciat, sed factum, & vulgo notum supponat, ut videntur innuere verba ipsius Decretalis adducta *supra num. 16.*

Hinc non certo constat, quisnam fuerit primus Summus Pontifex, qui solemniter Canonizationem Sanctorum celebraverit. Nam multi tenent, quod prima Canonizatio solemniter celebrata fuerit à Leone III. anno 804. qui in civitate Werdensi solemniter inter Sanctos Sanctum Swibertum ejusdem civitatis Episcopum retulerit; sic ex quadam epistola Sancti Lugderi Episcopi Monasteriensis relata à Ven. Cardinali Baronio *in annalibus ad dictum annum 804. num. 2. & seq. inter alios Cardinalis Bellarminus tom. 2. lib. 1. cap. 8. de Sanctor. beatitudine*, ubi sic expresse habet: »Primus enim Pontifex (nisi fallor) qui Sanctos legatur canonizasse, videtur fuisse Leo Papa III. de quo sic scribit Sanctus Ludgerus in epistola de miraculis Sancti Swiberti« *cap. 9. in tom. Juris*: Tandem devota instantia Caroli (Magni) & Hildebaldi Archipræsulis Coloniensis venit à Colonia idem Papa Werdam, & ibi post alias solemnitates Sanctum Swibertum solemniter catalago Sanctorum Confessorum adscripsit pridie

die nonas Septembris; »Hanc primam legi solemnem
»Canonizationem, ante quam fortasse fuerint etiam alia,
»sed non mihi constat.« Angelus Rocca de Canonizatione
»Sanctor. cap. 5. §. Ego vero: Marcus in suo vo-
»cabulario ecclesiastico verb. Canonizatio, Franciscus
»Victor. in suo tractatu gallice conscripto de Canoniza-
»tione Sanctor. cap. 10. per totum, Phæbœus Archie-
»piscopus Tarsensis in sua dissertat. impressa post acta
»Canonizationis Sancti Petri de Alcantara, & Sanctæ
»Mariæ Magdalene de Pazzis, Gonzal. in cap. Audi-
»vimus sub num. 7. de reliquiis, & venerat. Sanctor.
»Cardin. de Laurea in 3. lib. Sentent. tom. 3. disp. 6.
»art. 3. num. 47. Cornelius à Lapide in Comment. ad
»cap. 44. Ecclesiast. §. Triplex hæc gloria: Casalius
»de veteribus ecclesiæ ritibus cap. 70. §. De prædictis:
»Rabaudi exercit. in theolog. tom. 2. exercit. 3. cap. 1.
»de ecclesia §. At potestatem: Marchesius de capite vi-
»sibilis ecclesiæ, tom. 9. Bibliothecæ maximæ Pontificiæ
»pag. 737. à Romano:

20 Alii autem multi defendunt contrarium docentes,
quod illa epistola Sancti Ludgeri, quæ est potissi-
mum fundamentum, ob quod supra alii Doctores pri-
mam solemnem peractam Canonizationem Sancti Swiberti
adscribunt Leoni III. est commentitia; Sic Pater Joannes
Morinus in commentario de administratione Sa-
»cramenti Pœnitentiæ lib. 10. cap. 20. ubi hæc habet:
»Conficta est epistola ante forsitan trecentos annos, aut
»ut maxime ante quadringentos nomine Sancti Lug-
»geri ab aliquo Werdensi Monacho in sui monaste-
»rii commodum, & gloriam... Deinde Sancti Swi-
»berti in Sanctorum catalogum relationem eodem mo-
»do, & ordine enarrat, quo nunc, & ab annis qua-
»dringentis celebrari solet. Certum est autem, hanc
»celebrationem cœpisse trecentis post Leonem III. annis
»& amplius. Primus, quem perhibent antiqua docu-
»menta solemniter à Pontificibus canonizatum fuisse,
»est, Hugo Carthusianus, & Gratianopolitanus Epis-
»copus, Secundus est Sanctus Bernardus. Sed consi-
»dera quæ epistolæ, sive bullæ Pontificum de istorum
»Sanctorum Canonizatione referunt, & ea compara cum
»iis, quæ Auctor ille de Sancti Swiberti Canoniza-
»tione scribit, deprehendesquæ cæremonias hodiernas à
»Leone III. multo diligentius, & copiosius, quam ab
»Innocentio II. aut Alexandro III. fuisse observatas.
»Quod argumentum certum est, istius epistolæ auctorem
»post annum 1200. scripsisse. Ante Innocentium II. &
»Alexandrum III. simplex admodum erat Canonizationis
»ritus, ut ex Petro Damiano constat in fine vitæ Sanc-
»ti Romualdi, testaturque Cardinalis Baronius ad annum
»Christi 1027. Obtinebatur ab iis, quibus curæ erat
»illa Canonizatio, à Sede Apostolica facultas altare su-
»pra corpus defuncti erigendi: eo erecto, peracta erat
»Canonizationis solemnitas. Post illud tempus cære-
»monia sanctæ illius actionis paulatim facta sunt an-
»gustiores.« Demum post alias adductas rationes con-
»cludit Morinus: »Multa sunt alia ejusdem criminis ar-
»gumenta, quæ longum esset persequi. Undique enim
»rimosa est historia ista, & fabellis veritati assutis
»fatescit.« Legi possunt etiam Henschenius ad diem 26.
»mensis Martii in commentario prævio ad vitam Sancti
»Ludgeri, & Cointius in annalibus ecclesiæ Franco-
»rum ad annum 805. ubi non pauca adversus eam Sancti
»Ludgeri epistolam, quam supposititiam esse censent,
»annotarunt. Item Joseph Maria Sanfelitius Apostolicæ
»Sedis olim Nuncius ad Tractum Rheni in sua epis-
»tola, quam ediderunt Continuatores Bollandiani ad
»diem 26. Martii pag. 640. Lucas d' Acheri, & Joanne
»Mabillon. in actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, &
»in præfatione ad seculum quintum §. 6. num. 100.
»Pagi in critica historico-cronologica in universos anna-
»les Cardinalis Baronii tom. 3. ad annum Christi 754.
»num. 7. ubi sic habet: »Cumque hæc de Sancti Swi-
»berti Canonizatione commenta nunc manifesta sint,
»iis refellendis diutius non immorabor;« Alter Pagi
»in vita S. Stephani II. ad alias III. ad num. 14. Con-
»tinuatores Bollandi ad diem 26. Martii in vita Sancti
»Ludgeri §. 8. Quibus consentit idem Lambertin.
»loc. cit. lib. 1. cap. 7. sub num. 1. & expresse Gra-

veson. in celeberrima sua historia ecclesiastica tom. 4.
»part. 1. colloq. 6. pag. 299. primæ impressionis Ro-
»manæ, ubi ex aliis expresse dicit »Primum exemplum
»solemnis Canonizationis factæ à Romano Pontifice, con-
»tigisse dumtaxat anno nongentesimo nonagesimo tertio,
»quando videlicet Joannes XV. Pontifex Maximus Canoni-
»zationis ritu Udalicum Episcopum Augustanum publicis
»Sanctorum Fastis adcripsit.« Item Mabillionius præfatione
in seculum quintum Benedictinum, quod est Ecclesiæ
decimum, sic habet: »Hoc primum indubitata fidei mo-
»numentum de solemnibus per Romanum Pontificem Cano-
»nizatione invenimus diploma Joannis XV. qui in frequenti
»Episcoporum conventu ad preces Lintuphi Episcopi Au-
»gustani Udalicum ejusdem ecclesiæ Episcopum in Sanc-
»torum album retulit.« Sic etiam Papebrochius dissert. 20.
in conatu chronico-historico de solemnibus Canonizationis
»initiis, atque progressibus, & alii plures validis, &
»satis convincentibus fundamentis id ostendentes.

In Canonizatione non semper observatus fuit idem 21
ritus, & forma solemnitatis, quæ solet observari nos-
tris hisce diebus, sed fuit varia pro varietate tempo-
rum, & Pontificum, cum enim pendeat ab arbitrio ipso-
rum Pontificum, potest augeri, vel minui prout ipsi
judicaverint expedire, & temporum circumstantiis con-
gruere, ut notant Contelorus de Canonizatione Sancto-
rum cap. 3. num. 5. Mattheuc. loc. cit. num. 3. idem
Lambertin. lib. 1. cap. 36. per tot. ubi per varios §§.
assignat solemnitas Canonizationis, tum quoad ritum an-
tiquiorem, tum quoad ritum moderniore merito ibi
legendum, admirandum, & venerandum.

Item nec semper fuit observatus idem ritus, & for- 22
ma in Beatificatione, uti videre est in cit. numquam
satis commendato, superque amplius commendabili ope-
re de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Ca-
nonizatione dicti Eminentissimi de Lambertinis, dein
undequaque meritissimi Pontificis Benedicti XIV. &
signanter lib. 1. cap. 13. & 20. ac 24. ubi num. 1.
& 2. insuper asserit, quod solemnitas Beatificationis,
quæ fit in Basilica Vaticana per publicationem potis-
simum Brevis Apostolici inter missarum solemnitas, ini-
tium duxit ab Alexandro VII. in Beatificatione Beati,
nunc Sancti Francisci Salesii. Et ibid. num. 3. sub- 23
jungit, quod solemnitas Beatificationis in Basilica Va-
ticana peragenda consistit potissimum in actibus se-
quentibus; hoc est primo in publicatione Indulgentiæ
ab omnibus utriusque sexus fidelibus confessis, & Sa-
»cra Comunione refectis lucrificandæ, qui in Basilica
»Principis Apostolorum, aut missæ solemnibus pro Beatifi-
»catione canendæ intererint, aut Beatificationis die eam-
»dem Vaticanam Basilicam visitabunt: Secundo in præ-
»sentia tum Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum,
»necnon Consultorum Sacrorum Rituum Congregationis,
»tum Cardinalis Archipresbyteri Basilicæ Vaticanæ, &
»Canonicorum, & Clerici ejusdem ecclesiæ: Tertio in
»exhibitione Brevis Apostolici, quæ fit à Postulatore cau-
»sæ Cardinali Præfecto sacræ congregationis, qui Postula-
»torem remittit ad Cardinalem Archipresbyterum Vati-
»canæ Basilicæ pro facultate illud in Basilica publican-
»di: Quarto in publica lectione Brevis: Quinto in so-
»lemnibus cantu hymni: Te Deum laudamus, qui ab Epis-
»copo missam solemnem celebraturo intonatur: Sexto in
»detectione Imaginum Servi Dei, quæ prius velo co-
»pertæ erant, tum super altari, tum ad faciem templi:
»Septimo in omnium adstantium veneratione: Octavo in
»recitatione collectæ, quæ fit ab Episcopo missam ce-
»lebraturo in honorem Beati: Nono in thuris datione
»Imagini Beati, quæ ab eodem fit Episcopo trino ductu:
»Ultimo in celebratione solemnibus missæ, tum vero in
»accesu Summi Pontificis ad Basilicam Vaticanam ipsa
»die post vespas ad Imaginem Beati colendam.

Tam ad Beatificationem, quam ad Canonizationem 24
duo copulative requiruntur, scilicet excellentia virtu-
tum in gradu heroico, & miracula, ita ut nec ex-
cellentia virtutum sine miraculis, nec miracula sine vir-
tutibus sufficiant; Sic expresse habetur in Constit. Inno-
centii III. edita pro Canonizatione Sancti Homoboni in-
cip. Quia pietas, ibi: Licet autem, juxta testimonium
»veritatis, sola finalis perseverantia exigatur ad sancti-

»tatem animæ in ecclesia triumphante, quoniam qui
 »perseveraverit usque in finem, hic salvus erit; duo ta-
 »men, virtus videlicet morum, & veritas signo-
 »rum, opera scilicet pietatis in vita, & miraculo-
 »rum signa post mortem, ut quis reputetur Sanctus in
 »militanti ecclesia, requiruntur: nam, quia frequen-
 »ter Angelus satanæ se in lucis Angelum transfiguratur,
 »& quidam faciunt opera sua bona, ut videantur ab
 »hominibus, quidam etiam coruscant miraculis, quo-
 »rum tamen vita merito reprobatur, sicut de Magis
 »legitur Pharaonis, & etiam Antichristo, qui electos
 »etiam, si fieri potest, inducet suis miraculis in er-
 »rorem; ob id nec opera sufficiunt sola, nec signa:
 »sed, cum, illis præcedentibus, ista succedant, ve-
 »rum nobis præbent indicium sanctitatis, nec imme-
 »rito nos ad illius venerationem inducunt, quem Do-
 »minus suis ostendit miraculis venerandum. Hæc au-
 »tem duo ex verbis evangelii plenius leguntur, ubi
 »de Apostolis loquens ait... Illi autem profecti præ-
 »dicaverunt, ubique Domino cooperante, & sermonem
 »confirmante, sequentibus signis... In eo namque,
 »quod ait, cooperantes, eos operatos esse demonstrans;
 »& in eo, quod sequitur, sequentibus signis, eos,
 »exponens, immo Dominum in eorum miraculis cla-
 »ruisse. Hoc etiam Dominus usque hodie operatur in
 »Sanctis, & potentiam suam signis evidentibus ma-
 »nifestat, dum vivorum curat ægrotudines ad memo-
 »riam mortuorum, & eos plus esse post mortem, &
 »feliciter vivere mortuos, qui in Domino moriuntur,
 »quam qui vivunt in mundo, demonstrat; Et in
 »Constut. 5. Gregorii IX. edita pro Canonizatione mei
 »Sancti Antonii de Padua incip. Cum dicat Dominus:
 »ibi: »Licet ad hoc, ut aliquis Sanctus sit apud Do-
 »minum in ecclesia triumphante sola sufficiat finalis per-
 »severantia, juxta illud Apocalypsis 2. Esto fidelis us-
 »que ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ; Ad hoc
 »tamen, ut Sanctus habeatur apud homines in eccle-
 »sia militante, duo sunt necessaria, virtus morum, &
 »veritas signorum, merita videlicet, & miracula, ut
 »hæc & illa sibi adinvicem contestentur, cum nec me-
 »rita sine miraculis, nec miracula sine meritis plene
 »sufficiant ad perhibendum inter homines testimonium
 »sanctitatis. Et sic docent Fagnanus in cit. cap. Ve-
 »nerabilis 52. num. 2. de testibus, & in cit. cap. Au-
 »divimus 1. de reliquiis, & veneratione Sanctor. nu-
 »mer. 5. & ibi Innocentius num. 1. Joannes Andreas
 »num. 4. Ancharanus num. 5. Reiffenstuel loc. cit. nu-
 »mer. 9. testans de communi, & Lambertin. loc. cit.
 »lib. 4. part. 1. cap. 5. à num. 1. usque ad 7. &
 »eod. lib. 4. part. 1. cap. 7. & 18. refellens illos, qui
 »solas virtutes exposcunt, aut sola miracula.

25 Miracula non solum in vita, sed præcipue post
 obitum patrata, sunt necessaria ad Beatificationem, &
 Canonizationem alicujus; Sic Glossa communiter re-
 cepta in cap. unic. de reliquiis, & veneratione Sanc-
 torum in 6. verb. Sedis, Mascard. de probationibus
 conclus. 261. num. 42. Reiffenstuel loc. cit. num. 10.
 Lambertin. loc. cit. & alii passim.

26 In causis procedentibus per viam non cultus, bi-
 na saltem miracula requiruntur, atque sufficiunt, etiam-
 si sint solum tertii generis, pro obtinenda Beatifica-
 tione formali, & bina, quæ post eam supervenerint,
 sufficiunt pro Canonizatione; & in causis, quæ pro-
 cedunt per viam casus excepti, seu cultus immemo-
 rabilis, bina sufficiunt miracula, quæ post indulgam
 venerationem supervenerint; Sic expresse Lambertin.
 loc. cit. lib. 1. cap. 32. num. 3. & seq. referens de-
 cisum fuisse à Sacrorum Rituum Congregatione Gene-
 rali in causa S. Joannis de Capistrano die 13. Ju-
 nii 1677. Item in causa Sanctæ Catherine de Bononia
 die 17. Maji 1707. Item in causa S. Stanislai So-
 cietatis Jesu die 13. Novemb. 1714. Item in causa
 S. Agnetis Virginis Ordinis Prædicatorum die 12. Ma-
 ji 1726. Et idem tenet lib. 4. part. 1. cap. 6. nu-
 mer. 4. & 5. ubi testatur de praxi Sedis Apostolicæ,
 titi etiam de tali praxi testatur Mattheucci l. c. art. 3. c. 3.
 §. 2. num. 23. dicens, quod Sedes Apostolica plures

in ordine Beatorum, & Sanctorum conscripsit solis
 duobus tertii generis miraculis verificatis, idque dicit
 notum esse ex decretis Sacræ Congregationis in re-
 gistro videndis, in quam praxim concurrunt scriben-
 tes apud Martam de Canonizatione part. 4. cap. 7.
 num. 88. & tenent Doctores passim.

* Nunc autem servanda sunt Decreta SS. D. N. Be-
 nedicti Papa XIV. alterum quidem sub die 23. Apri-
 lis 1741. emanatum, in quo statuitur, ut in causis
 Beatorum per viam cultus immemorabilis, aut indul-
 ti procedentibus, imposterum non duo, ut antea, sed
 quatuor ad eorum Canonizationem probari debeant mi-
 racula: in causis autem procedentibus per viam non
 cultus, ubi virtutes, aut martyrium ex testibus de au-
 ditu fuerint probatæ, non duo miracula ut antea, sed
 quatuor omnino ad eorum Beatificationem obtinendam,
 debeant approbari: alterum vero die 17. Julii 1754.
 editum, in quo declaratur, pro obtinenda formali Bea-
 tificatione, si testes de auditu à videntibus in proces-
 su Apostolico excepti jungantur cum testibus de vi-
 su in processu ordinario exceptis, sufficere debere duo
 miracula, si vero cum testibus de visu in processu or-
 dinario exceptis non jungantur nisi testes de audi-
 tu in processu Apostolico excepti, tunc tria miracula
 requiri ante Beatificationem data, & approbata. *

In Beatificatione, & Canonizatione Martyrum non
 solet fieri tam exacta, & stricta inquisitio de probitate
 vitæ, & miraculis tempore vitæ peractis, ac fit in Bea-
 tificatione, & Canonizatione Confessorum, sed præ-
 cipue de miraculis post mortem, & de causa, ob quam
 passi sunt, indagatur; Hostiensi in cit. cap. Audivi-
 mus 1. num. 3. de reliquiis, & veneratione Sanctor.
 Fagnan. ibid. num. 16. August. Triumph. de potes-
 tate eccles. quest. 16. art. 3. Mascard. loc. cit. nu-
 mer. 9. Reiffenstuel l. cit. num. 11. & alii, argum.
 cap. Baptismi vicem 34. & cap. Cathecumenum 37.
 de consecrat. & ad id satis clare facit generalis illa
 promissio Christi Matthæi 10. Qui perdidit animam
 suam propter me, inveniet eam.

Quamvis enim antiquitus nomen Martyris, & Con-
 fessoris promiscue sumeretur, sicque idem essent Mar-
 tyres, & Confessores, ut tradunt passim Scritores, &
 signanter Petrus Galesinius in Notis ad suum marty-
 rologium 17. kalend. Februarii, ubi inquit: »Certum,
 »& exploratum est... olim nomen Martyris, & Con-
 »fessoris promiscuum fuisse, præsertim apud multos; «
 Franciscus Amatus Pouget in suis catholicis Institu-
 tionibus tom. 1. pag. 913. ibi: »Olim Confessores Chris-
 »ti dicebantur ii solum, qui cum testimonium perhi-
 »buissent veritati, cum carceris, exilii, rei familiaris,
 »suppliciorum, ipsiusque vitæ periculo, non tamen mor-
 »ti traditi fuerant; Confessores autem dicebantur prop-
 »ter gloriosam, & publicam nominis Christi Confes-
 »sionem; Martyres quoque appellabantur propter exhi-
 »bitum veritati testimonium; « Baronius in notis ab
 martyrologium Romanum ad diem 2. Januarii: »Ne quid
 »lateat, sciendum est, diversa admodum significatione
 »ne à præsentis temporis usu hanc vocem (scilicet Con-
 »fessoris) à majoribus usurpatam; Illi enim neminem
 »eo nomine appellabant, nisi eum, qui Christi fidem
 »interpellatus coram fidei hostibus confessus esset; «
 Lambertin. loc. cit. lib. 1. cap. 2. sub num. 6. ibi:
 »Proprie Confessores olim dicebantur illi, qui Chris-
 »tum palam, & coram tyrannis, seu fidei hostibus con-
 »fessi, quolibet tormentorum, vel pænæ genere affec-
 »ti, superstite tranquillam mortem obibant. Et infra
 »num. 7. sic subjungit. »Martyres tandem erant illi,
 »qui pro vera fidei defensione moriebantur, aut qui
 »atrocissima tulerant pro fide tormenta, licet fuerint
 »superstites, & in pace quieverint teste Divo Tho-
 »ma 2. 2. quest. 124. art. 4. ad quartum; Unde, ut
 notat ipse, veri Martyres etiam aliquando Confesso-
 res dicti sunt.

Progressu tamen temporis, ut etiam hodie serva-
 tur, ecclesia consuevit distincte nomen Martyris, &
 Confessoris usurpare; illos scilicet appellando Confes-
 sores, qui sancta, ac laudibili vita vixerunt, & sanc-

to demum sine naturali morte in pace quieverunt, ac in Sanctorum numerum sunt relati, quatenus per virtutum opera sunt Deum confessi. Unde Ordo Cluniacensis in *præfatione ad vitam Sancti Geraldii* sic expresse habet: „Cum igitur Confessor à confitendo vocetur, Geraldus tanto rectius Confessor dici potest, quanto justioribus factis Deum est confessus.“ Et Egbertus Episcopus Eboracensis in *Excerpt. cap. 28.* ait: „Sancti Patres, quos Confessores nuncupavimus, idest Episcopi, Presbyteri, qui in castitate servierunt Domino;“ Lambertin. *loc. cit. n. 6. Matthæucc. loc. cit. num. 4. cap. 1. num. 3.* & alii communiter, atque Ecclesiastica praxis: Et illos appellando Martyres, non solum qui violentam mortem, seu cruciatus læthales voluntarie perpessi sunt, sed etiam illos, qui à persecutoribus nostræ fidei comprehensi, varie vexati, in carcerem, vel in exilium missi, & ærumnis confecti usque in finem perseverantes propter Fidei, aliarumque supernaturalium virtutum confessionem mortem naturalem subierunt. Vide *verb. Martyrium.*

30 Nostris hisce temporibus, nisi habeatur Apostolica dispositio, non procedit Sacra Congreg. Rit. in causis Servorum Dei ad effectus Canonizationis, seu Beatificationis, aut declarationis martyrii, nisi elapsis quinquaginta annis ab obitu illorum; Sic expresse statuunt decreta jussu Urbani VIII. edita §. *Sanctitas sua, ibi:* „Sanctitas sua expresse prohibuit Sac. Rit. Congregationi, ne deinceps procedat in causis Servorum Dei ad effectum Canonizationis, seu Beatificationis, aut declarationis martyrii, nisi lapsis quinquaginta annis de similibus, tam factis, quam faciendis, agi vetuit, nisi habita prius, & expresse obtentâ licentia à Sanctitate sua, vel ejus successoribus. Sub decreto hujusmodi vult comprehendere etiam causas, in quibus modo reperiuntur expeditæ literæ Remissoriales, & Compulsoriales, ac omnes aliæ nunc pendentes, quæ adhuc expectant perfectionem suam, & complementum à facto futuro finalis determinationis. Quod ut firmiter observetur, in super jubet, ut si Memoriale super hoc directum Congregationi prorrigatur cum rescripto Sanctitatis suæ, ut aliqua ex hujusmodi causis ad præfatos effectus examinetur, nullum sortiatur effectum, nisi in eodem rescripto specialis prædictæ prohibitionis derogatio reperiatur.“

31 Talis autem prohibitio non impedit, quod infra spatium dictorum quinquaginta annorum possint confici processus per Ordinarios, vel per Delegatos Apostolicos. & in Sacra Rit. Congregatione discuti de eorum validitate, ne labente dicto temporis cursu pereant occulati, & meliores testes, sicque occasione hujusmodi dilationis pereant etiam probationes, ut expresse habetur in supradictis Urbani VIII. decretis §. *Verum, ibi:* „Verum, ne pereant hujusmodi dilationis occasione probationes, permittit Sanctitas sua, non habita ratione dictorum quinquaginta annorum, ut agi possit de prædictis processibus, sive de aliis auctoritate Ordinaria fabricatis, vel fabricandis ad effectum deliberandi, an per Sedem Apostolicam debeant concedi literæ Remissoriales in genere; quibus obtentis, & fabricatis super eis processibus, servatis servandis, illisque Sacræ Rituum Congregationi præsentatis, permittit pariter Sanctitas sua, ut in Sacra Congregatione discutiatur de eorum validitate, ac etiam de relevantia in ordine, & ad effectum tantum cognoscendi, an sit procedendum ad processus in specie: & processibus in specie completis, & Sac. Cong. delatis, videatur tantum de illorum validitate; quibus definitis, iidem processus per Secretarium claudantur, & obsignentur sigillo S. Cong. non aperiendi, donec veniat plenitudo temporis dictorum quinquaginta annorum: quo completo, nullo modo de eis agi possit, nisi ut expresse mandetur à Summo Pontific.“ Unde, ut vides, supradicta prohibitio restricta est, ne constructis processibus ab Ordinariis, seu à Delegatis Apostolicis actu procedatur in Sacra Congregatione ad ulteriora in causa, in examine virtutum, & miraculorum, vel declarationis martyrii, nisi elapsis dictis quinquaginta annis, aut nisi inter-

veniat Pontificia dispensatio.

Quæ quidem dispensatio supra complementum dictorum quinquaginta annorum solet interdum ob justas causas à Romano Pontifice concedi, ut sæpius concessam esse constat, & signanter in *causa Pollucen. Martyris Josaphat ab ipsomet Urbano VIII.* ut habetur ex decreto edito die 27. Januarii 1629. Item in *causa Gebennen. Sancti Francisci de Sales ab Alexandro VII.* ut ex decreto edito die 20. Januarii 1649. Item in *causa Limana Sanctæ Rosæ à dicto Alexandro VII.* ut ex decreto edito die 26. Sept. 1664. Item in *causa Japonen. Martyrii Servorum Dei Angeli Orsucci, Caroli Spinulæ, & Sociorum à Clemente IX.* ut ex decreto edito die 6. Junii 1669. Item in *causa Neritonen. Servi Dei Josephi à Cupertino à Clemente XI.* ut ex decreto edito die 9. Maji 1711.

Sine dicta autem Pontificia dispensatione est omnino servanda supradicta lex ab Urbano VIII. constituta de lapsu quinquaginta annorum ab obitu Servi Dei antequam proponi possit dubium de virtutibus, aut de martyrio, de qua quidem constitutione, ut scribit dictus Lambert. *loc. cit. lib. 2. cap. ultim. num. 7. in fine* sic habetur in *vita venerabilis Servi Dei Domini à Jesu Maria* scripta à Patre Philippo à Sanctissima Trinitate *lib. 7. cap. 11.* „La cogione di tal costituzione è, che nissuno vive così puramente, e santamente, che alcuna volta non cada in qualche imperfezione secondo quel detto“ Septies in die cadit justus. „Questi difetti, benché minimi, molte volte restano à memoria, e possono diminuire la divozione, e forse alcune volte del tutto torla, se fossero proposti per Santi, e per essere venerati quelli, ne quali comparvero alcuni difettis essendo che volgarmente si fedeli stimano, che i Santi fossero del tutto irreprensibili:“ Quod etiam confirmatur à Patre Nicolao Lancisio *tom. 2. opus. Spiritual. 19. de vitandis judiciis temerariis, cap. 5. num. 74. part. 644.*

Ut plene percipiatur, quinam cultus, seu adoratio 34 debeat Sanctis, ac Beatis, advertendum est, quod adoratio est actus, quo quis alteri se submittit in recognitionem suæ excellentiæ; *Est in res communis.* Et 35 hæc adoratio, seu cultus alia est *mere civilis*, seu *politica*; & alia *sacra*, seu *religiosa*. Adoratio *mere civilis*, seu *politica* est illa, quæ exhiberi solet Regibus, & Principibus supremis propter excellentiam sui status seu postetatis humanæ, quam præ aliis habent, uti passim in sacra scriptura leguntur quidam adorasse suos Reges, ut David 1. *Regum cap. 20. Cadens pronus in terram adoravit tertio.* Et 1. *Paral. c. 29. num. 20.* Jonatham: „Benedixit omnis ecclesia Domino Deo Patrum suorum, & inclinaverunt se, & adoraverunt Deum, & deinde Regem;“ ubi, ut vides, eadem vox *adorationis* tribuitur Deo, & Regi, licet Deo cultus patriæ, & Regi solus cultus civilis, ac politicus competeret. Adoratio *sacra*, seu *religiosa* est illa, quæ exhibetur alicui ob excellentiam suam sacram, & supernaturalem, uti est adoratio, quæ exhibetur Deo, & B. Mariæ Virgini, ac Sanctis omnibus, & Beatis.

Adorationis sacræ, seu religiosæ tres sunt species, 66 nempe *latria*, *hyperdulia*, & *dulia*: *Communis Theologorum.* Adoratio, seu cultus *latriæ* est illa, quæ soli 37 Deo debetur, ac exhibetur propter summam increatam, ac infinitam ejus excellentiam; *Communis.* Adoratio, seu 38 cultus *hyperduliæ* est illa, quæ B. Mariæ Virgini debetur, an exhibetur ob excellentiam maternitatis Dei, & alia excellentissima dona, ac specialissimam ejus sanctitatem ceteris supereminentem; *Communis.* Adoratio 39 seu cultus *duliæ* est illa, quæ debetur, ac exhibetur Sanctis ob supernaturalem excellentiam eorum Sanctitatis, & Gloriæ; *Communis.*

Dicta triplex adoratio, seu cultus alia est *absoluta* 40 conveniens soli rei intellectuali, quæ per se honorabilis, atque adorabilis est ob perfectionem, atque excellentiam sibi intrinsecam, qualis adoratio, seu cultus convenit, ac debetur Deo, B. Mariæ Virgini, & Sanctis per se absolute venerabilibus; Et alia est *respectiva* conventens rebus non intellectualibus, & ratione carentibus, quæ non coluntur per se ob perfectio-

tionem, atque excellentiam sibi intrinsecam, sed propter aliud, seu ob respectum ad aliud, qualis adoratio, seu cultus convenit, ac debetur cruci, sacris reliquiis, imaginibus, vestibus, ac similibus ratione carentibus, cum eorum veneratio, seu adoratio, vel cultus non sistat in illis, sed referatur ad prototypum, cujus sunt imagines, aut quod repræsentant; *Communis inter Catholicos, & clare habetur ex Concilio Trid. sess. 25. in decreto de Invocatione Sanctorum.*

41 Cultus alius est *publicus*, & alius *privatus*. Cultus *publicus* est, qui fit nomine ecclesiæ, vel tamquam institutus ab ea, sive deinde publico in loco, sive occulto fiat. Non enim dicitur, seu appellatur *publicus*, vel *solemnis*, eo quod publice, & coram aliis exhibeatur, sed quia defertur nomine ecclesiæ, vel tamquam institutus ab ea. Cultus *privatus* est, qui non exhibetur nomine ecclesiæ, nec tamquam institutus ab ipsa, sed fit ex privata devotione colentis, sive deinde talis cultus fiat privatim in loco occulto, sive in loco publico, videntibus aliis; Scacchus *de notis, & signis Sanctitatis. sect. 10. cap. 1. vers.* Ex hoc: Hurtad. *in resolut. de vero martyrio resolut. 43. §. 11. per totum*, Reiffenstuel *loc. cit. num. 16.* Pasqualig. *in addit. ad Lauret. de Franch. tit. de cultu erga non Canonizatos num. 1222.* Layman *in theol. moral. lib. 4. tit. 7. cap. 5. num. 14.* Del Bene *de Inquisit. part. 2. dub. 234. sect. 7. sub num. 1.* Molphes. *consil. 45. num. 20.* Bonacina *tom. 2. disp. 3. quest. 1. punct. 2. num. 2.* cum Bellarmino, Sanchez, & aliis ibi citatis, Mattheucc. *cit. q. proæmial. cap. unic. num. 25. & seq.* Lambertin. *loc. cit. lib. 2. cap. 7. num. 7.* & alii contra Contelorum *de Canonizatione Sanctor. cap. 22. num. 7.* Barbos. *allegat. 97. num. 13.* Castellin. *de certitudin. Gloriæ Sanctorum cap. 2. punct. 23. & 24.* & alios non improbabiler volentes, quod etiam dicit debeat cultus publicus, qui fit in loco publico, seu coram aliis.

42 Cultu publico coli possunt omnes Sancti, & Beati, idest omnes, qui jam sunt *Canonizati*, vel saltem *Beatificati*; *Communis inter Catholicos.* Cum hac autem differentia, quod, qui jam sunt *Canonizati*, possunt coli ubique, & quovis *ultæ* cultu publico; Qui vero sunt solum *Beatificati*, & nondum *Canonizati*, non possunt coli, nisi in illo loco, & illo cultu publico, quem concessit Summus Pontifex, cum in *Beatificatione* non quivis publicus cultus, sed aliqui soli determinati concedantur: Unde attendenda sunt *Brevia* concessionum.

43 Et insuper circa *Beatos* nondum *Canonizatos* attendendum est etiam decretum super cultu *Beatis* adhuc non *Canonizatis* præstando à *Sacrorum Rituum Congregatione Ordinaria* habita coram *Sanctissimo Domino nostro Alexandro VII.* emanatum.

Ad aures *Eminentissimorum Patrum Congregationis Sacrorum Rituum* plures devenerunt, qui partrantur, *indultorum excessus* in materia præstationis cultus *Beatis* adhuc non *Canonizatis.* Quamobrem eos eliminare, ac, ne in futurum inducantur, providere studentes ad *infrascripta devenerunt decreta &c.*

I. Quod eorumdem *Beatorum Imagines* etiam non principaliter, & uti supplices appositæ, simulacra, picturæ, aut scripturæ eorum præclara gesta repræsentantes, aut referentes in ecclesiis, sacrañis, & oratoriis quibuscumque, & præsertim in quibus missæ sacrificium, vel alia divina officia peraguntur, inconsulta *Sede Apostolica*, nullo pacto exponantur.

II. Quod ubi *Indultus* fuerit per *Sedem Apostolicam* imagines, simulacra, pictasque tabellas in ecclesiis poni, & coli posse, in pariete tantum, non autem super altari, collocandi facultas tributa censeatur.

III. Quod si concessa fuerit per eandem *Sedem Apostolicam* altarium erectio, non tamen ob id missam, & officium de prædictis *Beatis* celebrandi, vel recitandi facultas tradita præsumatur; etenim specifica, & expressa concessio super his præcedere debet.

IV. Ubi in uno loco cultus fuerit concessus, non extendatur, inconsulto Pontifice, ad alium locum quavis alia concurrente auctoritate.

V. In locis, ubi *Beatos prædictos* ab omnibus coli permissum fuit, non inde publica officii recitatio permessa censeatur, sed tantummodo privata, nec satisfactoria præcepto recitationis, nisi quo ad illos, quibus *Sedes Apostolica* de hoc indulserit.

VI. Missæ pariter, quæ fuerint *indultæ* certis personis, nempe *Presbyteris Regularibus* vel *Secularibus* alicujus loci, vel monasterii, seu *Presbyteris* alicujus ecclesiæ servitio præcipue addictis, à confluentibus *Sacerdotibus* quavis dignitate, etiam *Cardinalibus* insignitis, minime celebrentur.

VII. Dies festi in *Beatorum eorumdem* memoriam non celebrentur, nisi speciali *Indulto Apostolico* provisum fuerit.

VIII. Eorumdem nomina in *kalendariis* non apponantur, nisi illius tantum loci, earumque personarum, in quo, & à quibus cultus cum officio, & missa celebretur.

IX. In quibusvis ecclesiasticis precibus, etiam in oratoris privatis recitandis particularia eorumdem suffragia non apponantur, vel recitentur.

X. Publicis in precibus, præter *indultas*, & à *Sede Apostolica* approbatas, iidem *Beati* non invocentur.

XI. Eorumdem reliquiæ in processione minime circumferantur.

Sacra tamen *Congregatio* præsentibus declaratione, & *Jussione* remove non intendit cultum *Beatis* per communem ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per *Patrum, Viro- rumque Sanctorum* scripta, vel temporis centum annorum metam excedentis, scientiam, ac tolerantiam *Sedis Apostolicæ*, aut *Ordiniorum* hætenus præstitum, ac certis modo, & forma ab eo tempore eis exhibitum. Verum, si à centum annis circa cultus hujusmodi aliqua ex parte constiterit auctus, & extensus, eo casu *Sacra* eadem *Congregatio* in eundem in pristinum reduci jubet; prout quemvis cultum extra casus prædictos ad expressa tantum verbaliter in *Apostolicis Indultis* omnino revocari mandat sub pœnis &c.

Firmis quoque remanentibus decretis, nempe, ne *Beati* in patronos eligantur, ne eorum natalitia cum octavis celebrentur, & aliis quibuscumque à *Sacra Congregatione* hætenus emanatis, quæ præsentis decreto renovantur.

His autem *Sanctissimo* relatis, & in *Congregatione Sacrorum Rituum* ordinaria habita coram *Sanctitate* sua per *Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Cardinalem Sacchetum* accurate perlectis, mature discussis, *Sanctitas* sua ea approbavit, & pro omnimoda eorumdem observatione mandavit typis imprimi, ad valvas affigi, & publicari, ut, elapso tempore sex mensium à die publicationis eorumdem omnes, & singulos afficiant, & arctent, ac si omnibus, & singulis eadem exhibita, vel personaliter præsentata, intimata, seu notificata fuissent. Indulsetque locorum *Ordinariis*, ut auctoritate *Sedis Apostolicæ* possint, immo debeant *Seculares, & Regulares* quoscumque, quantumvis exemptos, etiam *Societatis Jesu, Sancti Antonii Vienn. & Sancti Joannis Hierosolymitani*, ac reliquos omnes speciali expressione indigentes, etiam sub censuris compellere.

Cumque aliqui nulli subdantur *Episcopo*, qui eos, si excesserint, coercere valeant, eo casu à *Sedis Apostolicæ Nuntiis*, si aderint, sin minus ab *Archiepiscopis*, in quorum provinciis, vel ab *Episcopis Romano tantum Pontifici* subjectis, intra, vel prope quorum diocesis limites eorum ecclesiæ, vel monasteria sita fuerint, tamquam à *Sede Apostolica Delegatis* ad hujusmodi decretorum observationem prædicti omnino cogantur. Die 27. Septembris 1659.

DECLARATIO DECRETI.

Super cultu *Beatis* adhuc non *Canonizatis* præstando. Allatis ad *Sacrorum Rituum Congregationem* dubiis circa observationem, & intelligentiam decreti super cultu *Beatis* adhuc non *Canonizatis* præstando editi

ti die 27. Septembris 1659. & publicati 3. Februarii presentis anni 1660.

Primo: An, ubi Indultum fuerit, ut missa de aliquo Beato celebretur, liceat ejus Imaginem, & simulacrum super altari exponere, nec non votivas tabellas ibi appendere?

Secundo: An §. Dies festi in Beatorum honorem non celebrentur: extendatur ad festa devotionis?

Tertio: An Indulta recitandi officium cum octava, vel sine octava, & celebrandi missam de Beatis fuerint revocata per dictum decretum Sacrae Congregationis?

Quarto: An in ecclesiis, in quibus officium, & missa de Beatis recitari, ac respective celebrari possunt, liceat eorum Reliquias exponere?

Quinto: An Episcopi Regulares, qui ex indulto Sedis Apostolicæ gaudent privilegiis suæ Religionis, de quibus sunt capaces pro eorum conditione, possint de Beatis suæ Religionis recitare Officium, & in propriis cathedralibus missam celebrare, & altare de Beatis prædictis erigere?

Sacrorum Rituum Congregatio respondit:

Ad primum affirmative.

Ad secundum negative.

Ad tertium pariter negative.

Ad quartum affirmative.

Ad quintum negative.

Die 17. Aprilis 1660.

45 Qui cum fama Sanctitatis, aut insignis pietatis obierunt, & nondum sunt nec Canonizati, nec Beatificati, possunt quidem licite invocari, venerari, ac colli cultu privato, at non cultu publico; Communis arg. cap. Audivimus 1. & cap. Cum eo 2. de reliquiis, & veneratione Sanctorum. Ubi prohibetur aliquem publice venerari pro Sancto absque Sedis Apostolicæ auctoritate; Unde à sensu contrario privatus honor, & cultus permittitur.

46 Circa autem cultum, & venerationem talium virorum cum fama Sanctitatis defunctorum, eorumque imagines, & miracula, revelationes &c. attendendæ sunt duæ celeberrimæ constitutiones Urbani VIII. quæ hic per extensum, tamquam scitu maxime necessariæ asseruntur, & prima, quæ est 39. inter constit. ejusdem Pontificis est, ut sequitur.

47 Sanctissimus D. N. sollicite animadvertens abusus, qui irrepserunt, & quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum sanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defunctis, qui, etsi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede, eorum tamen Imagines in oratoriis, atque ecclesiis, aliisque locis publicis, ac etiam privatis cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus proponuntur, miracula, & revelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum intercessionem accepta in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulcra tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur.

§. I. Volensque proinde hujusmodi abusibus pro debito officii Pastoralis occurrere, re etiam cum Illustriss. & Reverend. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem in universa Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus communicata, & mature considerata, ac discussa, declaravit, statuit, & decrevit, ne quorumvis hominum cum sanctitatis, seu martyrii fama (quantacumque illa sit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quodcumque aliud venerationem, & cultum præferens, & indicans in oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel ecclesiis tam Secularibus, quam Regularibus cujuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (si quæ appositæ sunt) amoveantur, prout eas statim amoveri mandavit.

§. 2. Ac pariter imprimi de cetero inhibuit libros eorumdem hominum, qui sanctitatis, sive martyrii fama, vel opinione (ut præfertur) celebres à vita mi-

graverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia tamquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis, Theologos aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinceps fraus, error, aut aliquid novum, aut inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, ejusque responsum expectet revelationes vero, & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus, hæctenus sine recognitione, atque approbatione hujusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque sua Sanctitas.

§. 3. Ad horum hominum sepulcra vetuit etiam, ac inhibuit Tabellas, atque Imagines ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia, tam pictas, quam fictas, atque excultas appendi, aut affigi lampades, sive alia quæcumque lumina accendi sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra, facienda, Sedique Apostolicæ referenda, ac probanda.

§. 4. Declarans, quod per suprascrita præjudicare in aliquo non vult neque intendit iis, qui, aut per communem ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur.

§. 5. Ut autem præmissa diligentius observentur, universis, ac singulis tam Ordinariis, quam hæreticæ pravitatis Inquisitoribus districtè præcipit, ut in sua quisque diœcesi, vel provincia sedulo pervigilent, ne sine approbationibus prædictis Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliave contra superius disposita fiant.

§. 6. Transgressores vero, si Regulares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, necnon & suspensionis à divinis; si vero Clerici Seculares, privationis pariter suorum officiorum suspensionis à divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum Ordinum respectivæ, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo.

§. 7. Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculperint, seu quoquomodo effinxerint, vel formaverint, ceterique artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque etiam corporalibus pœnis juxta criminis gravitatem, eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur.

§. 8. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

§. 9. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, voluit, ut decretum hujusmodi, seu illius exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Urbis ac in acie Campi Floræ affixum omnes perinde arctet, atque afficiat, ac si unicuique personæ intimatum fuisset.

§. 10. Quodque præsentium transmissis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

J. Antonius Thomasius S. Romanæ, & universalis Inquisitionis Not. = Anno 1625. Indictione 8. Pont. Sanctiss. D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. Anno ejus 2. die vero 4. mensis Aprilis, supradictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Princip. Apostol., de Urbe & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem. = Octavius Spada M. Curs. =

Sequitur Declaratio præinsertæ prohibitionis.

Postmodum vero idem Sanctiss. D. N. à quibusdam revocari in dubium accepit, an tabellas, & imagi-

„gines, quas imposterum offerri contigerit, recipere, & antea oblatas conservare liceret, Sanctitas sua, quæ tantummodo voluit, occurrendo abusibus, qui irripere videbantur, certiore parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam Divinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare: re prius cum Illustriss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus communicata, & præsentī decreto declaravit; Quod sicut numquam prohibitum, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque tabellarum & imaginum hujusmodi; ita, ut nulli deinceps hæsitatiōni locus relinquatur, statuit in præsentiarum, & decernit, ut quoties ad aliquam ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum secularem, seu regularem tabellas, & imagines, aliudve simile quispiam detulerit, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adscritorum, quamvis cum martyrii, vel sanctitatis fama demortuorum, optata se impetravisse dixerit, liceat ecclesiasticis personis ecclesiarum, locorumve prædictorum curæ Præpositis tabellas, & imagines, sive pictas, sive ex quavis materia fictas, atque aliæ quæcumque collatæ gratiæ faciendæ simul cum deferentis, aliorumque, qui conscii fuerint, attestatiōne accipere, atque approbanti- bus Ordinariis, ad quos referre statim omnia teneantur, in secreto aliquo, seorsim ab ecclesia, loco custodire, ibidemque jam amota collocare, & asservare, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris qualescumque probationes, Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ, contrariis quibuscumque non obstantibus. — J. Antonius Thomasius S. Romanæ, & universalis Inquisitionis Not. — Anno 1625. Indictione VIII. Pont. Sanctiss. D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. ann. 2. die vero 30. Octobris supradictæ literæ, sive decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Principis Apostol. Urbis, ac in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

47

Altera ejusdem Pontificis Constitutio, quæ est 134. in ordine, est sequens.

„Cœlestis Hierusalem Cives, quorum gloriosis natalitiis Sancta læthatur Mater ecclesia, sicut hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ ministerio à pii utriusque sexus Christianifidelibus venerantur in terris, ita Romanum decet Pontificem militantis ecclesiæ regimini div. provid. præpositum pro suo præcipuo honoris domus Dei zelo invigilare, ne quid in personarum cum sanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defunctorum memoriæ, sive cultum inconsulta S. Sede prædicta innovetur.

§. 1. „Alias siquidem Nos sollicite animadvertentes abusus, qui irrepserant, & irrepere non cessant in colendis quibusdam cum sanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defunctis, qui, etsi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti essent ab eadem Sede, eorum tamen imagines in Oratoriis, atque in ecclesiis, aliisque locis publicis, atque etiam privatis cum laureolis, aut radiis, seu splendorebus proponebantur, miracula, & revelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum intercessionem accepta in libris rerum ab ipsis gestarum enarrabantur, & ad illorum sepulcra tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponebantur, Volentesque proinde hujusmodi abusibus pro debito officii pastoralis occurrere, re etiam cum Venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. Card. contra hæreticam pravitatem in universa republica christiana generalibus Inquisitoribus ab eadem Sede specialiter deputatis communicata, & mature considerata, ac discussa: de eorumdem Cardinalium Consilio sub die 13. Martii 1625. declaravimus, statuimus, & decrevimus, ne quorumvis hominum cum sanctitatis, seu martyrii fama (quantumcumque illa esset) defunctorum imagines, aliaque præfata, & quodcumque aliud venerationem, & cul-

„tum præferens, & indicans in oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel ecclesiis, tam secularibus, quam regularibus cujuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis, opponerentur, antequam ab Apostolica Sede canonizarentur, aut Beati declararentur; & (si quæ appositæ essent) amoverentur, prout eas statim amoveri mandavimus. Ac pariter imprimi de cetero inhibuimus libros eorumdem hominum, qui sanctitatis, sive martyrii fama, vel opinione, ut præfertur, celebres è vita miravissent, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia, tamquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentis, sine recognitione, & approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhiberet: & ne deinceps fraus, aut aliquid novi, & inordinati in re tam gravi omitteretur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmitteret, ejusque responsum expectaret: revelationes vero, & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam, gestaque continentibus eatenus sine recognitione, atque approbatione hujusmodi impressa erant, nullo modo approbata censi volumus, mandavimusque; ad horum hominum sepulcra vetuimus etiam, ac inhibuimus tabellas, atque imagines ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia, tam pictas, quam fictas, atque exculptas appendi, seu affigi, & lampades, sive alia quæcumque lumina accendi sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra, faciendæ, Sedique Apostolicæ referendæ, ac probandæ. Declarantes, quod per suprascripta præjudicare in aliquo noluimus, neque intendimus iis, qui aut per communem ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia præfata Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii celebrantur. Cumque postea die 2. Octobr. ejusdem anni 1625, à quibusdam revocari in dubium accepissemus, an tabellas, & imagines, quas imposterum offerri contingeret, recipere, & antea oblatas conservare liceret: Nos, qui tantummodo volumus, occurrendo abusibus, qui irripere videbantur, certiore parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam Divinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare: re prius cum eisdem Cardinalibus communicata, de simili eorum consilio declaravimus, quod sicut numquam prohibuimus, nec intentionis nostræ fuit prohibere oblationem, receptionemque tabellarum, & imaginum hujusmodi, ita ut deinceps nulli dubitatiōni locus relinqueretur, statuimus, & decrevimus, ut quoties ad aliquam ecclesiam, aut oratorium, locumve alium publicum secularem, seu regularem tabellas, & imagines, aliudve simile quispiam deferret, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adscritorum, quamvis cum martyrii, aut sanctitatis fama demortuorum, optata se impetravisse diceret, liceret ecclesiasticis personis ecclesiarum, locorumve prædictorum curæ præpositis tabellas, & imagines, sive pictas, sive ex quavis materia fictas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem faciendæ simul cum deferentis, aliorumque, qui conscii fuissent, attestatiōnibus recipere, atque approbanti- bus Ordinariis, ad quos referre statim omnia teneretur, in secreto aliquo, seorsim ab ecclesia, loco custodire, ibidemque jam amota collocare, & asservare, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluisset, extarent hujusmodi sanctitatis qualescumque probationes Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ. Demum vero, ut ejusmodi decreta observarentur indubie, ac omnimodam sortirentur executionem, cum eisdem Cardinalibus re pariter communicata, deque eorumdem consilio præmissis addidimus, statuimus, decrevimus, atque declaravimus, ne ex tunc deinceps quispiam Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatorum super alicujus utriusque sexus cum sanctitatis, aut martyrii fama, vel opi-

„nitione defuncti miraculis, revelationibus, aliisque hujusmodi sanctitatem redolentibus, ex integro informationes quoquo modo reciperet, aut processum instrueret, vel hucusque receptas informationes, instructumque processum ulterius prosequeretur, nisi Postulator prius per legitimas juridice susceptas probationes circa personam ejus, de cujus miraculis, revelationibus, aliisque rebus gestis sanctitatem præferentibus ageretur, præscriptam in præfato nostro decreto formam omnino servatam extitisse docuerit, & nisi postea successively idem Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ab hoc specialiter delegatus, diligenti præhabita disquisitione circa eandem Personam, supradicto decreto nullatenus contravenitum esse, rite pronunciaverit; utque id inviolabiliter observetur, statuimus insuper, ac decrevimus, ne transmissi ad Urbem undecumque hujusmodi processus à Congregationis Sacrorum Rituum Secretario, minusve Sanctæ Fidei Promotore quomodolibet aperiantur, nisi prius in Sacrorum Rituum Congregatione, alio sejunctim obiato authentico processu, ex eo Ordinarius, aut ab Apostolica Sede specialiter Delegatus rite, ac recte, ut præmittitur, cognovisse, ac pronunciassent prælibato decreto nequaquam contrafactum esse plene constiterit, ac deinde à Nobis judicialiter aperiendi eos processus facultas indulta fuisset. Insuper longissimum tempus, illiusque immemorabilem cursum, de quo in prædicto decreto, intelligi declaravimus esse tempus centum annorum metam excedens: deque his, atque infrascriptis omnibus, quæ in his decretis disposita, & ordinata sunt, aliqua suboriente difficultate, Ordinariis locorum, & Delegatis Apostolicis quibuslibet omnem omnino interpretandi facultatem ademimus, utque Sedem Apostolicam desuper consulerent, ab eaque responsum expectarent, mandavimus eisdem, & alias prout in decretis desuper editis plenius continetur.

§. 2. „Quare inviolabili decretorum prædictorum observationi quantum cum Domino possumus, consulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, deque Apostolice potestatis plenitudine decreta prædicta cum omnibus, & singulis in eis contentis, tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolice firmitatis robur adjicimus, omniaque, & singula decreta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, observari omnino præcipimus sub poena nullitatis quarumcumque Informationum, processuum, ac Interpretationis aliter, quam prævia suprascripta præcognitione instructorum, eorumque admissionis, publicationis, aut interpretationis, ita ut earumdem Informationum receptiones, processuumve instructiones, nec non eorum admissiones, ac publicationes, & interpretationes habeantur pro non receptis, non instructis, non admissis, non publicatis interpretatis, eorumque amplius ratio aliqua nullatenus alicubi unquam haberi debeat.

§. 3. „Decernentes, præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu quomodolibet habere prætendentes, ad præmissa vocati, & auditi, minusque causæ, propter quas eadem præsentis emanarint, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimplenda non fuerint, aut ex quovis alio capite à jure, vel facto aut statuto, vel consuetudine aliqua resultantem, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret: aut quod de voluntate nos-

tra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relationis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, apertionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in Judicio, vel extra posse, neque ipsas præsentis sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendere, sed semper ab illis acceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 4. „Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios, & alios quavis auctoritate & potestate fulgentes, in quavis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, utique judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. „Quo circa venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, nec non dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis Nunciis, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus quibuslibet existentibus per Apostolica scripta mandamus, ut statim atque præsentis literæ nostræ ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam pervenerint, in sua quisque respective diœcesi, vel provincia sedulo pervigilet, ne sine approbationibus prædictis, imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliave contra superius disposita fiant; transgressores vero, si Regulares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, nec non suspensionis à divinis; si vero Clerici Seculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum Ordinum respective, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis poenis plectendo: Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculpsierint, seu quoquo modo affixerint, vel formaverint, ceterique artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper poenaliariis, aliisque etiam corporalibus poenis juxta criminis gravitatem, eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recursu, & reclamazione remotis compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 6. „Non obstantibus, quatenus opus sit, recordemur Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duobus dietis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

§. 7. „Ut autem præsentis, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætereundum possit, volumus pariter, & mandamus, quod eadem præsentis per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad Ecclesiæ Lateran. & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ assignentur, & publicentur, & cum inde amovebuntur earumdem exempla in eisdem locis affixa dimittantur, quæ sic publicatæ, & affi-

»xæ post duos menses à die publicationis computan-
»dos, omnes, & singulos, quos concernunt, perinde
»afficiant, & arceant, ac si unicuique illorum perso-
»naliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

§. 8. »Quodque illarum transumptis impressis, si-
»gillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica cons-
»titutæ munitis, & manu alicujus Notarii publici subs-
»critis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsen-
»tibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel osten-
»sæ. = *Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub*
Annulo Piscatoris die 5. Julii 1634. Pontificatus Nos-
tri anno undecimo. = Anno 1634. Indictione secun-
da Pontificatus SS. D. N. N. Urbani divina provi-
dentia Papæ VIII. an. 11. die vero 5. Septembris su-
pradictæ literæ, sive decretum affixum, & publica-
tum fuit ad valvas Basilicarum Sancti Joannis in La-
terano, & Principis Apostolorum Urbis, ac in acie
Campi Floræ, ut moris est, per me Alexandrum La-
tinum prælibati Sanctis. D. N. Papæ Curs. = Pro
D. Mag. Curs. Dominicus Mag. Curs.

48 Attendenda sunt insuper decreta ad id edita de
expresso mandato Urbani VIII. & alia edita jussu Inno-
centii XI. quæ ad literam referuntur à Lambertin. *cit.*
lib. 2. in Appendice à pag. 578. ad pag. 602. & bre-
vitatis gratia apud ipsum videnda relinquuntur.

49 Affertur decretum Sacræ Congregationis Rituum su-
per immemorabili.

»Sacra Rituum Congregatio jussu Sanctiss. D. N.
»decrevit, immemorabilem probatam super cultu, &
»veneratione alicujus Sancti non Canonizati, nec Bea-
»tificati, non suffragari ad effectum, quod de illo pos-
»sit concedi missa, vel officium, sed in specie, &
»in illo loco esse probandam immemorabilem quoad cul-
»tum cum missa, & officio, & ita imposterum serva-
»ri mandavit die 20. Novembris 1628.

50 Adducitur decretum ejusdem Sacræ Congregat. ser-
vandum in recipiendis informationibus pro causis Bea-
tificationum, & Canonizationum Servorum Dei.

»Cum in tota ecclesiæ gubernatione nihil majus,
»nihil sit augustius Beatificatione, & Canonizatione
»Sanctorum, utpote homines jam demortuos, etiam
»cum fama sanctitatis, ac miraculorum, declarare pro
»Sanctis, eosque ut tales colendos, & venerandos de-
»cernere.

Sacra Rituum Congregatio, ut res hæc plene am-
»plissima, atque gravissima rite, sancteque conficia-
»tur, prohibet omnibus, & singulis personis ecclesiasti-
»cis, tam sæcularibus, quam regularibus, etiam S. Joan-
»nis Hierosolymitani, Societatis Jesu, vel aliorum quan-
»tumvis speciali nota digniorum, ne audeant ipsi per
»se, aut per alios capere informationes super sanc-
»titate, aut miraculis alicujus defuncti, neque ullo
»modo exquirere, aut obtinere ad hunc effectum ex-
»trajudiciales testificationes, aut subscriptiones sub pœ-
»nis arbitrio Sacræ Congreg. infligendis. Quod si Su-
»periori, Sacristæ, seu alteri Officiali illius Eccle-
»siæ, in qua requiescit corpus ipsiusmet defuncti, vel
»alterius etiam ecclesiæ, fuerint revelata aliqua mira-
»cula, seu Prophetiæ dona, possint ea recipere sub
»sigillo secreti ab ipsis tantum relatoribus, in quorum
»gratiam contigisse narrabitur. Teneantur tamen quam
»primum commode poterunt eadem deferre, vel obsi-
»nata transmittere Episcopo loci, cum expressa decla-
»ratione, quod revelationes sic ut supra receptæ non
»faciant aliquem probationis gradum, etiam cujusvis
»longissimi temporis cursu.

»Quod decretum, cum fuerit ad notitiam S. D. N. Ur-
»bani Papæ VIII. deductum, Sanctitas sua illud appro-
»bavit, ac imprimi, & ubique publicari mandavit. Die
»12. Martii 1631.

51 Circa cultum, & venerationem reliquiarum Sancto-
rum, & Beatorum est idem ferme dicendum, ac de
cultu, & veneratione ipsorum Sanctorum, & Beato-
rum dictum est *supra à num. 41.*

52 Per reliquias autem Sanctorum, & Beatorum in-
telliguntur quantum ad propositum eorundem corpora,
& corporis partes etiam minimæ, nempe *caput, ma-*
nus, digiti, dentes, ossa, capilli, cineres, pulveres.

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. IX.

Item eorum vestes, panni, vela, quibus in vita *usi*
sunt, vel quibus eorum corpora, aut partes eorum
post mortem fuerunt involuta. Item instrumenta pœ-
narum, & mortificationum, quibus in vita utebantur,
& hujusmodi; Communis.

Reliquiæ noviter inventæ, aut productæ, ad hoc
ut coli possint cultu publico, debent prius esse legitime
recognitæ, & approbatæ; *Communis*, per text. in *cap.*
Cum ex eo, *de reliquiis, & veneratione Sanctorum.*
Et Concilium Tridentinum *sess. 25. de invocatione, ve-*
neratione, & reliquiis Sanctorum, ubi expresse sta-
tuitur; »Nulla etiam admittenda nova miracula, nec
»novas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscen-
»te, & approbante Episcopo. « Ubi, ut vides, reliquiæ
tam Beatorum, quam Sanctorum de novo inventæ, non
solum à Papa, sed etiam ab Episcopo recognosci, &
approbari possunt; *Fagnan. cit. cap. Cum ex eo nu-*
mer. 6. Barbos. in Concil. Trid. l. c. num. 9. & 10.
& part. 3. de offic. & potest. Episcop. allegat. 97-
num. 10. cum pluribus aliis ibi citatis, Reiffenst. l. c.
num. 27. & alii passim; Quamvis enim textus in cit.
cap. Cum ex eo: dicat: »Nisi prius auctoritate Ro-
mani Pontificis sint approbatæ; « Tamen id debet
intellegi de noviter inventis reliquiis alicujus nondum
Canonizati, nec Beatificati, uti cum aliis solide pro-
bat ibid. à num. 5. Reiffenstuel loc. cit. num. 27.
& 28. & alii.

Immo reliquiæ à Papa jam approbatæ etiam ab Epis-
copo loci adhuc sunt recognoscendæ, non quidem ut
denuo ab ipso approbentur, sed solum ut videat, an
revera Romæ fuerint approbatæ, & an fraus aliqua
subsit, antequam publicæ venerationi exponantur, Six-
tus V. *Constit. 88. incip. Dominus: Sacra Cong. Rit.*
Oct. 1691. Et hoc etiam pro reliquiis exponendis in
ecclesiis Regularium, ut decisum fuisse in una Viter-
bien. 26. Junii 1627. refert Sellius in select. canonic.
cap. 3. num. 11. Barbosa in Concil. Trid. sess. 25.
num. 11.

Ad hoc autem ut Episcopus rite approbet alicujus
jam *Canonizati, aut Beatificati* Reliquias noviter in-
ventas, Romæ nondum approbatas, necesse est, ut
adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris,
ea faciat, quæ veritati, & pietati consentanea ju-
dicaverit, ut expresse statuit Concil. Trid. loc. cit. &
recte observant Barbosa ibid. num. 13. & cit. alle-
gat. 97. num. 17. cum pluribus ibi citatis, Sanchez
in decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 15. Azo-
rius part. 1. lib. 9. cap. 8. quest. 8. Reiffenstuel l. c.
num. 27. & alii passim. Et si aliquod circa id emer-
serit grave dubium, nihil inconsulto Summo Pontifi-
ce novum, aut in ecclesia hactenus inusitatum est de-
cernendum, textu expresso in *Conc. Trid. loc. cit. in*
fine.

Episcopus approbare non potest in ordine ad cul-
tum publicum reliquias alicujus cum fama sanctitatis
defuncti, & nondum *Canonizati, nec Beatificati*: Hoc
enim spectat ad Romanum Pontificem; *Com. textu ex-*
presso in cit. cap. Cum ex eo 2. de reliquiis, & ve-
neratione Sanctorum, ibi: »Inventas de novo reliquias
»nemo publice venerari præsumat, nisi prius auctori-
»tate Romani Pontificis sint approbatæ. « Nec obstat
textus Concilii Tridentini allat. supra num. 53. quia
debet intelligi de solis noviter inventis reliquiis jam
Canonizatorum, vel Beatificatorum, & allatus textus
cit. cap. Cum ex eo: intelligendus est de noviter in-
ventis, seu productis reliquiis alicujus cum fama sanc-
titatis defuncti, & nondum Canonizati, nec Beatifica-
ti, uti cum aliis recte docet Fagnan. in cit. cap. Cum
ex eo à num. 5. Barbos. cit. allegat. 97. num. 11.
cum aliis ibi citatis, Reiffenstuel loc. cit. num. 28.
& alii.

Cultu privato possunt coli reliquiæ quæcumque, tam
antiquæ, quam novæ, non solum *Canonizatorum, &*
Beatificatorum, sed etiam cum fama sanctitatis defunc-
torum, quamvis à nemine recognitæ, & approbatæ
fuerint; *Com. arg. cit. cap. Cum ex eo: ubi solum*
prohibetur publicus cultus, & veneratio, adeoque à
sensu contrario concessus intelligitur cultus privatus,
&



& veneratio Servorum Dei nondum Canonizatorum, nec Beatificatorum.

- 61 Reliquiæ antiquæ habendæ sunt in ea veneratione, in qua hæctenus fuerunt; *Sacra Cong. Concilii* apud Bonacinam in *primum decalogi præceptum dis. 3. q. 1. punt. 4. num. 4. vers. Dixi: & Barbos. c. alleg. 97. num. 11. & in Summa Apostol. decis. verb. Reliquiæ Sanctorum num. 3.*
- 62 Quoad reliquias est attendendum novissimum edictum emanatum pro veneratione reliquiarum &c. Vide *verb. Agnus Dei*, ubi affertur ad literam.
- 63 Reliquiæ non sunt incensandæ, nisi cum incensantur oblata; *Sacra Cong. Rit. in Lucana 10. Aprilis 1602.* apud Barb. in *Summa loc. cit. num. 10. & Sell. in select. canonic. cap. 58. num. 3.*
- 64 Corpora Sanctorum, & insignes eorum reliquæ non possunt transferri de civitate ad civitatem, nec de ecclesia ad ecclesiam, inconsulta Sede Apostolica; Lambertin. *l. t. lib. 4. part. 2. c. 21. d. n. 10. ad 19.* ubi sub n. 13. dicit sic respondisse *Sacra Congr. Concilii t. 6. memorialium pag. 733.* in Archiv. ibi enim sic legitur: „An qui transtulerunt corpus Sanctæ Christinæ Virginis, & Martyris, inciderint in pœnam excommunicationis? Sanctissimus Dominus Noster respondit, transferentes non esse excommunicatos, sed tamen obtinuit hodie ex stylo, talem translationem non esse faciendam, inconsulta Sede Apostolica.“ Et infra d. num. 14. refert exempla variarum similium translationum factarum ex concessione Sedis Apostolicæ, & signanter translationis ossum, & reliquiarum S. Thomæ Aquinatis, translationis capitis Beatæ Nymphæ Virginis, & martyris, translationis capitis S. Gullelmi Ducis Aquitanæ, translationis brachii S. Conradi Placentini, translationis brachii Sancti Bernardi.
- 65 Item transferri non possunt de loco ad locum corpora, neque reliquæ Beatorum nondum Canonizatorum, nec fieri potest mutatio capsæ, in qua eorum ossa recondita sunt, nisi accedente Summi Pontificis, aut Sacræ Congregationis Rituum auctoritate; d. Lambertin. *loc. cit. cap. 21. d. num. 6. ad 9.* ubi refert varia exempla similium translationum factarum ex concessione Sedis Apostolicæ, & signanter translationis Beati, nunc Sancti Laurentii Justiniani, translationis Beati, nunc Sancti Joannis à Cruce, translationis Beati, nunc Sancti Fernandi III. Regis Castellæ, & Legionis.
- 66 Item sine licentia Papæ, aut Sacræ Congregationis Rituum transferri non possunt de loco ad locum corpora servorum Dei nondum Beatificatorum, nec Canonizatorum, in quorum Beatificationis, & Canonizationis causis Sedes Apostolica jam manum apposuit; Idem Lambertin. *loc. cit. cap. 21. d. num. 1. ad 5.* ubi refert varia exempla similium translationum factarum ex concessione Sedis Apostolicæ, & signanter translationis corporis venerabilis Servæ Dei, nunc Beatæ Hyacinthæ de Marescottis, translationis servi Dei, nunc Sancti Joannis Francisci Regis, translationis servi Dei, nunc Sancti Camilli de Lellis, translationis servi Dei Caroli à Setia.
- 67 Translatio autem corporum servorum Dei nondum Canonizatorum, nec Beatificatorum, in quorum causis non fuit adhuc signata *Commissio*, seu Sedes Apostolica nondum manum apposuit, potest fieri de licentia Episcopi, seu Ordinarii; Idem Lamb. *l. c. num. 4. & alii passim.*
- 68 Reliquiæ Sanctorum vendi non possunt; *Communis*, per text. in *cit. cap. Cum ex eo 2. de reliquiis, & veneratione Sanctorum, & leg. Nemo 3. Cod. de Sacrosanctis. Eccles.* Res enim sacræ, quales sunt reliquæ, non sunt in dominio alicujus, nec pretii æstimationem recipiunt; *l. Sacra 9. in fine ff. de rerum divisione.* Et quod reliquæ nullius sint in bonis, expresse decrevit *Sac. Congr. Rit. in Senogallien. Montis Bodii 13. Junii 1610.* apud Barbos. in *Summa loc. cit. num. 5. & Sellium loc. cit. cap. 58. num. 2.* adeoque vendi non possunt; tum quia spiritualia, & spiritualibus annexa vendi non possunt sine labe simoniæ; *cap. Quærelam 15. de simonia, cap. De Jure 16. de Jurepatr.*

Glossa communiter recepta in *cap. Cum ex eo: verb. Venales: adeoque &c.* (Vide *verb. Emtio, & Simonia.*)

Furtiva subtractio SS. corporum, vel reliquiarum 69 etiam devotionis causa facta, est peccatum sacrilegii, nisi essent in locis Infidelium condita. Reliquiæ enim sunt res sacræ; Sic Turrecremata in *cap. Corpora Sanctorum 37. de consecr. dist. 1. in resp. ad 3.* Pirhing. *lib. 3. decretal. tit. 45. num. 12. in fine,* Reiffens-tuel *loc. cit. num. 33.* Ferrand. *disquisit. reliq. lib. 1. cap. 8. art. 2.* Lambert. *loc. cit. lib. 4. part. 2. cap. 25. num. 21.* per text. in *cap. Quisquis 17. quæst. 4.*

Reliquiæ in altari pro ejus consecratione locandæ 70 debent esse Sanctorum ab ecclesia approbatorum; *Sac. Congr. Episcop. & Regul. 13. Septemb. 1593.* apud Gavant. in *manual. Episcop. verb. Altera num. 12.* Barbos. in *summa loc. cit. num. 4.*

Corpora Sanctorum nondum Canonizatorum non 71 possunt poni sub altari; *Sac. Cong. Episcop. & Regul. 10. Junii 1586.* apud Gavant. *loc. cit. verb. Reliquiæ Sanctorum num. 12.*

Quando exponuntur reliquæ, ultra lampadem, de- 72 bent continuo ardere in altari duo lumina, alias non exponantur; *Sac. Rit. Cong. 22. Januarii 1701.*

Reliquia Sancti, ad hoc ut de eo possit celebra- 73 ri officium, debet esse insignis, scilicet *caput, brachium, crus,* vel ea pars corporis, in qua passus est Martyr; dummodo sit integra, & non parva, & sit ex Sanctis approbatis; & tunc celebratur officium sub ritu duplicis minoris, & recitatur symbolum in missa; *Sacra Rit. Cong. 8. Aprilis. 1628.*

Officium de reliquia insigni celebrandum est solum 74 in ecclesia, ubi est reliquia; & si talis ecclesia sit cathedralis, non propterea aliæ ecclesiæ debent in hoc conformare cum illa; *Sacra Rit. Cong. in Calaguritana: Septemb. 1611. & in Conchent. 12. Martii 1619.*

Si vero reliquia non sit insignis, non licet, nec 75 est alterandum officium, sed recitandum prout in *Breviario Romano; Sac. Rit. Cong. in Viterbien. 1. Septembris 1612.*

De Sancto, cujus habetur corpus, vel insignis re- 76 liquia, non potest fieri officium, nisi constet de identitate, & nisi reperiat in martyrologio Romano, reliquæ vero à locorum Ordinariis approbatæ possunt exponi ad fidelium venerationem; *Sacra Rit. Cong. 19. Octobris 1691.*

Festum, quod in aliqua ecclesia celebratur ratio- 77 ne corporis, vel insignis reliquæ, non habet octavam, nisi specialiter concedatur à Sede Apostolica; *Sac. Rit. Cong. 12. Augusti 1613.*

Qui recitat officium de Sancto, de quo habet in- 78 signem reliquiam in propria ecclesia, si celebret eo in alia ecclesia, debet omittere *Credo;* *Sacra Rit. Cong. 2. Decembris 1684.*

In illis ecclesiis, in quibus officium, & missa de 79 Beatis recitari & respective celebrari possunt, licet eorum reliquias exponere, Imagines, vel simulacra super altari collocare, ac votivas Tabellas ibidem appendere; *Sacra Rit. Cong. 17. Aprilis 1660.*

In missis de Beatis non debet dici *Credo,* nisi 80 adsit reliquia; *Sacra Rit. Cong. 22. Julii 1664.*

Reliquiam deferre in processionibus pertinet ad Prio- 81 rem Conventus, unde reliquia sumitur, sed Regulares non parati debent in processione cedere digniorem locum clero seculari; *Sac. Congr. Rit. in Senogallien. Montis Bodii 24. Septembris 1605. & 19. Aprilis 1608. & 23. Januarii 1610.*

Reliquiæ non in monasteriis Monialium, sed in ex- 82 terioribus ecclesiis asservari debent; *Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Faventina 7. Martii 1617.*

Reliquiarum Sanctorum Patronorum civitatis clavis 83 una concedi potest magistratui seculari ejusdem civitatis; *Sacra Cong. Rit. 8. Maji 1604.* apud Barbosam in *summa loc. cit. num. 9.* Et *Sacra Cong. Episc. in civitatis Castellane 6. April. 1696.* apud Monacell. *tom. 1. tit. 5. formul. 2. num. 39.* ubi etiam de aliis laicis.

Reliquia modica jam facta alienabilis, alicubi eccle- 84 siæ vel oratorio donari potest; *Sac. Rit. Congr. in As-*

- Asten.* 8. Julii 1602. Alias enim non posset alienari sine beneplacito Sedis Apostolicæ; Barbosa *loc. cit. num. 6. & 7.* cum Marc. Antonio Genuens. Maranta, & Ricciul. ibi citatis.
- 85 Reliquias falsas exponere ad venerationem est peccatum superstitionis; La-Croix cum Busembau *lib. 3. part. 1. num. 8. vers. Superstitionem*, & alii passim.
- 86 Reliquiæ, & ossa Sanctorum radi non possunt, ne rasura detur cum potu Infirmis; Sac. Cong. Episcop. & Regul. 17. Decemb. 1691. apud Gavant. *loc. cit. num. 33.* Immo reliquiæ Sanctorum (præsertim insignes) neque portari possunt ad ægrotos; Concil. Provincial. Mediolanense V. apud Gavant. *loc. cit. num. 33.*
- 88 In altari, in quo est expositum SS. Sacramentum, non possunt exponi reliquiæ Sanctorum. Sic in instructione edita de mandato Clementis XI. die 20. Januarii 1705. §. 2. *ibi*: „Sopra l'altare non vi si ponghino reliquie de' Santi, ò statua de' medesimi.“ Vide *verb. Euchatistia sub num. 64.*
- 89 In tabernaculo, ubi asservatur SS. Sacramentum, non sunt retinendæ reliquiæ, nec vasa Sacrorum Oleorum, nec aliud; Sacra Cong. Rit. 22. Februarii 1593.
- 90 Ad evitandas dissensiones, & contentiones inter aliqua totius Ordinis Fratrum Minorum membra circa solemnitates, picturas, & inscriptiones Religiosorum noviter Beatificatorum, & Canonizatorum, in Capitulo Generali Victoriæ celebrato die 24. Maji 1694. sub titulo *pro utraque Familia à num. 41. ad 46.* provide fuit statutum ut infra.
- 91 „Non sine justo animi angore perpendit Diffinitorium Generale, quanta in pluribus provinciis evenerint scandala post novam aliquam Canonizationem servi Dei, qua Altissimus Ordinem nostrum dignatus est decorare, cujus occasione elapsis annis, vel ratione solemnizandi Canonizationis festum, vel vitam Sancti imprimendi, vel ejus Imaginem, sive sculptam, sive pictam cum aliqua intitulatione, inscriptione, narrativa, aut rhetorica compositione vulgandi, vel de eo prædicandi, vel Canonizationis processionem faciendi, vel aliud quidpiam in ea solemnitate peragendi, lites, & dissensiones inter aliqua totius corporis Observantiæ membra in variis provinciis exortæ, Fratrum turbationes, publica jurgia, mendacia utrinque forte vulgata, libri & scripturæ à temerariis auctoribus, tam proprio, quam alieno nomine, absque legitima licentia impressi, plus damni, quam ædificationis apud Christifideles conciliavere.
- 92 „Volens itaque Diffinitorium Generale talibus impofterum dissonantiis, secundum Deum providere, consulto, & mature decernit, quod si servus Dei, de quo agatur causa Beatificationis, vel Canonizationis apud S. Sedem, aut qui à Summo Pontifice fuerit Beatificatus, vel Canonizatus, sit ex Observantia, & mortuus sit filius alicujus provinciæ, vel Custodiæ Observantis, tam in actis causæ, quam in picturis, sculpturis, laminis, libris, scripturis, elogiis, & foliis, ac locis quibuscumque, exprimat quod est Ordinis Minorum de Observantia: Si vero fuerit ex Reformatis Ultramontanæ Familiæ, explicetur, quod est strictioris Observantiæ, vel Minorum Observantium Reformatorum. Sin autem fuerit ex Discalceatis, vel Recollectis provinciis hujus Cismontanæ Familiæ, dicatur Ordinis Minorum Observantium Discalceatorum, vel Recollectorum, quod etiam addatur, si dicatur strictioris Observantiæ, ita ut numquam particularis status, in quo mortuus est Sanctus, sive sit Observantiæ, sive Reformatorum, sive Discalceatorum, sive Recollectorum, taceatur, aut status cum statu confundatur.
- 93 „Solemnitas festi Beatificationis, aut Canonizationis servi Dei ad totum corpus Observantiæ pertinentis, & processio in ea fieri consueta, prius fiat à Conventu illius membri, cujus servus Dei, dum viveret, portio fuerat, videlicet Reformatorum, si mortuus est Reformatus, Observantium, si Observans, Discalceatorum, aut Recollectorum, si Discalceatus, vel Recollectus in cælum migraverit. Et si plures fuerint ejusdem membri Conventus, prius fiat à princi-

paliori, deinde liberum sit ceteris etiam alterius membri, etiam eodem tempore cum aliis Conventibus (non tamen cum principali prædicto membro, ad quod Sanctus immediatus pertinet) eam celebrare solemnitatem.

„Ad processionem autem, quæ à principali prædicto Conventu fiet, aliorum Conventuum Communitates concurrere teneantur, & sub privatione officii, vocisque activæ, & passivæ per triennium, Prælatium suis familiis omnino conveniant.

„Si vero in loco non extiterit Conventus immediatiore Instituti illius novi Sancti, solemnitas, & processio, cui omnes alii in loco, vel civitate coexistentes Conventus interesse, sub iisdem pœnis, teneantur, fiat primo in Conventu Ordinis antiquioris, ex quocumque membro Observantiæ sit, dummodo in omnibus Imaginibus, libris, & foliis exprimat cujus membri de corpore Observantiæ Sanctus ille, vel Beatus in sua pretiosa morte filius fuerit.

Quæ omnia pro illorum majori firmitate, & perpetua observantia, ut refert Ursaya *tom. 1. part. 2. disceptat. 20. num. 79.* fuerunt specificè confirmata à Sac. Rit. Congregatione sequenti decreto: *Sacra Rituum Congregatio suprascriptum statutum benigne confirmavit, & contra ejusdem transgressores sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ procedi posse decrevit. Die 9. Dec. 1713. = G. Card. Carpineus Præfectus. = N. M. Tedeschi Episcopus Liparitanus. = S. Rit. Congreg. Pro secr.*

Alia ad rem; Vide *verb. Imago, verb. Miraculum, & verb. Resolutiones Sac. Congr. in Indice 1. decret. Merati num. 482.* ubi decernitur, quod reliquiæ Sanctorum, quæ deferuntur in processionibus per civitates, & oppida, non debent deferri sub Baldachino. (Vide *leg. 65. tit. 4. p. 1.*)

* Addendum est sequens decretum quoad cultum coronæ ferræ, quæ in Collegiata ecclesia S. Joannis Baptistæ Modoetiæ Mediolanen. Diocesis asservatur.

„Cum Modoetiæ in ecclesia collegiata S. Joannis Baptistæ ab antiquissimo tempore inter ceteras Sanctorum reliquia corona ferrea, uno ex clavis D. N. J. C. ut pie creditur, in laminam, sive circulum compacto exornata asservaretur: Cumque anno 1687. D. Truchredinus Visitator cultum eidem Coronæ antea præstitum, quousque à clar. mem. D. Card. Vicecomite, tunc Mediolanen. Archiepiscopo, aliter decerneretur, decreto suspenderit; idem vero Cardinalis Archiepiscopus rei gravitate perpensa anno 1688. recursum ad Apostolicam Sedem habendum esse, ab eaque decisionem exoptulandam edixerit; Modoetienses vero actis nonnullis in Curia Archiepiscopali tunc peractis usque modo siluerint, ac solummodo tribus ab hinc annis Sac. Rituum Congregationi pro prædicta decisione supplicaverint: hinc audito prius R. P. D. Ca- loo Episcopo Lucano, tum Vicario Capitulari Mediolanen. deinde vero Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Odescalcho moderno Archiepiscopo Mediolani, ac postremo, tam in voce, quam in scriptis R. P. D. Prospero de Lambertinis Fidei Promotore, Eminentissimus, & Reverendissimus D. Cardinalis Ptolomæus infrascripta dubia declaranda proposuit, videlicet.

„Primum. An Capitulo Collegiatae S. Joannis Baptistæ Modoetiæ liceat coronam ferream, de qua agitur, retinere intus crucem, in qua fuit reposita insimul cum aliis reliquiis, & publicæ venerationi exponere? & quatenus negative.

„Secundum. An saltem eidem Capitulo liceat dictam coronam ferream exponere in altari majori, & processionaliter deferre, prout olim practicabatur, in casu &c.

„Et Sacra eadem Congregatio, re mature discussa, visisque eorum juribus, respondendum censuit.


„Ad primum affirmative.

„Ad secundum provisum in primo, & ita declaravit. Die septima Augusti 1717.

„Et facta deinde per me Secretarium de prædictis Sanctissimo D. N. relatione, Sanctitas sua benigne

annuit, Die 10. ejusdem mensis, & anni 1717.

* Nomina Sanctorum sepulchris impressa, propria censi debent, Benedict. XIV. in appendice constit. incip. Soror Imalda §. 7. Nomina quædam appellativa, incip. *Justi*, videlicet, *Candidi*, *Victoris*, & similium, Sanc-

tis sine proprio nomine repertis, ignotis, sive baptizatis, quorum corpora à catacumbis, seu cœmeteriis extrahuntur, recte imponuntur. Idem *ib.* §. 3. * 

VES-

☉ Nobis mirifice erga Sanctorum, eorumque reliquiarum cultum dispositiones Summorum Pontificum colentibus, exigit tantummodo locus sincero corde adnotare, quod DD. noster Rex Carolus III. anxie desiderans formam præscribere convenientem ad postulantes, inversionemque bonorum in Beatificationis Servorum Hispaniæ gentis causarum prosecutione, relativam, varia queis regius animus instructus evaserit, in hac materia præfinit (1).

(1) *Reg. Ord. Circul.* 31. *Aug.* 1778. Convinendo al buen orden en el seguimiento de las causas de Beatificacion de los Siervos de Dios de la Nacion Española, que se han hecho dignos del culto, y veneracion de los fieles; tomar una forma conveniente, respecto á los postuladores de las causas, y justa inversion de los fondos destinados á este piadoso objeto, además de los que el real erario eroga al propio fin en algunas para su resolucion; por real orden comunicada al Consejo en 18. del corriente, ha tenido el Rey por preciso tomar razon individual de todas estas causas, cuántas son, el estado actual que tienen, quién las sigue, y á costa de qué fondos, de dónde salen éstos, y los invertidos en cada uno; qué Postuladores, ó Agentes hay para seguirias; qué estipendio les está señalado, y la esperanza que se tiene de su favorable conclusion; expidiendo para ello el Consejo las ordenes correspondientes á los MM. RR. Arzobispos, RR. Obispos, y demás Prelados, y Superiores Regulares de las Ordenes para que informen, dando puntualmente las expresadas noticias. Y visto por el Consejo, con lo expuesto por los Señores Fiscales en el asunto, por decreto proveido en 26. del corriente, ha acordado diga á V. si en su territorio hay pendiente alguna de dichas causas de

Beatificacion, y en caso de seguirse, informará V. al Consejo por mi mano, dando con la debida exactitud todas las expresadas noticias de que S. M. quiere hallarse instruido; previniendo al mismo tiempo á V. que inmediatamente dé orden al respectivo Postulador, ó Agente en Roma, para que suspenda la referida postulacion de la causa, ó causas que tuviere á su cargo, hasta que se les comuniquen aviso de poder continuar; bien entendido, que de esta suspension quedan exceptuadas las que se siguieren en adelante de orden de S. M. ó con su expreso consentimiento, é intervencion de su Embajador, ó Ministros, advirtiendose á dichos Postuladores, ó Agentes, que si no lo executaren asi, incurrirán en el desagrado de S. M. y se dará providencia que obligue á los Postuladores á salir de Roma. Como la materia es urgente, y grave, desea S. M. no haya la menor retardacion en el pronto, y eficaz cumplimiento, con la debida claridad, y distincion de quanto va expresado. Y para que le tenga, lo prevengo á V. de orden del Consejo para su inteligencia, y observancia en la parte que le toca; y en el interin me dará V. aviso del recibo, para trasladarlo á su superior noticia. Dios guarde á V. muchos años.

Additio, quæ verb. *Venditio* subjici debuit, tuncque in oblivionem tradita, hic prælo mandatur.

Sub hoccine verbo agit A. de tempore redemptionis retrovenditionisve rei venditæ. Generalitas enim doctrinæ aliquid speciale etiam adnotare requirit; & sic, præ oculis habeatur ultimate dispositum in retrahere volentibus jurisdictiones populorum, officia, jura jurisdictionalia, quodcumqueve arbitrium venditione alienatum; etenim populus, actioneve populari quilibet vicinus retrahere intendens jurisdictiones virtute Brevium D. Gregorii XIII. ceterasve, regni concessionem alienatas, regulis vulgo de *factoria*, aut aliis pecuniariis servitiis, recursum inire debet Supremo Senatui Castellæ aula de *mil y quinientas*, prævio, tamen, quolibet in casu pretii, sive valoris deposito, in aliis vero, rebus, aut negotiis, assumtum præsens concernentibus, normam Causidicis præstando (1).

(1) *Reg. Sched.* 10. *Mart.* 1778. Sabed, que hallandome informado de las competencias ocurridas entre mi Consejo, y el de Hacienda, sobre conocimiento de las causas, y expedientes tocantes á tanteos de las jurisdicciones, y otros officios, y derechos enagenados, mandé examinar este punto por Ministros de mi satisfaccion, versados, é instruidos en la materia; y teniendo presente su dictamen, por mi real decreto de 25. de Febrero proximo pasado, he venido en determinar, y declarar: 1. Que siempre que los pueblos que intentaren demandas de tanteos de jurisdicciones, vendidas en fuerza de los Breves de la Santidad de Gregorio XIII. ó de las que por concesion del Reyno no se han enagenado por reglas de *factoria*, ó por otros servicios pecuniarios, el conocimiento toca á la Sala de Mil y Quinientas de mi Consejo; depositando el precio los pueblos, ó qualquier vecino por accion popular, y á su costa. 2. Que del propio modo se ha de recurrir á dicha Sala, respecto á otros qualesquier officios, y derechos jurisdictionales, ó arbitrios enagenados per venta, bajo del mismo deposito siempre que intentaren redimirse los pueblos. 3. Que quando el pleyto fuere sobre recobrar de los compradores de jurisdicciones, ó derechos, el todo, ó parte del precio que estuviesen debiendo del servicio, y cantidad pactada al tiempo de la venta, la instancia se deberá seguir en mi Consejo de Hacienda. 4. Que si ésta tratare de incorporar, ó retraer los efectos vendidos, debolviendo el precio para incorporarlos en mi real pa-

trimonio, es igualmente propio, y privativo de mi Consejo de Hacienda su conocimiento. 5. Que todos los pleytos pendientes en ambos Consejos que no se hubieren contextado por las partes, se remitan conforme á esta declaracion al respectivo Consejo, sin necesidad de seguir competencia sobre ello, observandose esta regla de buena fé, y haciendo la remision de officio, notificandose á las partes, para que continúen su justicia en el tribunal correspondiente. 6. Que los pleytos que estuvieren ya contextados en la instancia de vista, se sigan en el mismo tribunal por donde han empezado, y en que se hallan radicados, é instruidos, para evitar dilaciones, y nuevos gastos á las partes interesadas. 7. Que en quanto á los pleytos fenecidos se observe lo que estuviere determinado en ellos conforme á derecho; y finalmente que esta declaracion se inserte en el cuerpo de las leyes, y se observe como regla invariable, escusandose sobre ello nuevas competencias, y recursos. Y habiendo dirigido al Consejo el citado mi real decreto para que dispusiese su publicacion, y observancia, visto en él acordó en 27. del propio mes de Febrero su puntual cumplimiento y para ello expedir esta mi Cédula: Por la qual os mando veais la citada mi Real Resolucion, y la guardéis, cumplais, y executeis, y la hagais guardar, cumplir, y executar en todo, y por todo en la forma que queda dispuesto, dando para su entera, y puntual observancia las ordenes, autos, y providencias que conyengan: Que asi es mi voluntad.

V E S T I S.

SUMMARIUM.

- 1 **F**ŒMINA non potest uti veste virili, nec vir veste feminea, & si hoc fiat sine prava intentione, periculo scandali, & libidinis, erit tantum peccatum veniale, alias mortale. Et si fiat ex necessitate, nullum erit peccatum, remissive.
- 2 **S**eculares utentes vestibus Religiosis ignominiose in ludis, vel in lasciviis, peccant mortaliter, & incurrunt graves pœnas, & possunt puniri per Judices seculares, remissive.
- 3 **U**nde induentes vestes Religiosorum ad mascheras gravi pœna sunt puniendi, & etiam illi, qui eas commodant.
- 4 **V**erbum maschera derivat à dictione mascha.
- 5 **M**oniales tempore bacchanalium nequeunt uti alienis vestibus ad mascheras.
- 6 **V**estes Sacræ non possunt amplius converti ad usus profanos.
- 7 **N**ec ad alios usus, quam quibus dedicatæ sunt, transferri debent.
- 8 **V**estes sacræ veteres comburendæ sunt, & cineres in Baptisterio, vel alio loco honesto condi debent.
- 9 **C**lerici quibus vestibus uti debeant, remissive.
- 10 **V**estis Clericorum usque ad annum 500. nullatenus distincta erat à vestibus Laicorum.
- 11 **Q**uæ sint vestes necessariae pro celebratione missæ, remissive.
- 12 **Q**uis possit illas benedicere, remissive.
- 13 **Q**uando liceat, vel non uti vestibus infidelium.
- 14 **A**fferuntur notabiles versiculi quoad vestem.
- 15 **A**dditur notabile factum cujusdam Theologi male recepti in suo monasterio, dum erat humiliter indutus, & splendide postea recepti cappa pretiosa vestiti.
- 16 **A**lia ad rem, remissive.
- 17 **A**ffertur novissimum edictum, quo sub certis pœnis præcipitur, cadavera ecclesiasticorum in funeralibus officiis exponi induta sacris vestibus eorum Ordini congruentibus, & inhibetur exponi induta quocumque alio habitu, sive Societatum, sive Religionum.
- 18 **C**atechumeni non ante, sed post Baptismum, veste candida sunt induendi.
- 19 **V**estis talaris usus an, quibus, & sub qua pœna præcipi valeat ab Episcopis, ad num. 20.
- 21 **A**ffertur lepida observatio de veste talari, ob quam sine Abbacia multi vocantur abbates.
- 22 **S**ubnectuntur Supplementa Auctoris, ad num. 48.
- 1 **F**ŒMINA non potest uti veste virili, nec vir veste feminea, & si hoc fiat sine prava intentione, periculo scandali, & libidinis, erit tantum peccatum veniale, alias mortale. Vide verb. *Habitus num. 50.* (Vide etiam notam ibi appositam.)
- 2 **S**eculares utentes vestibus Religiosis ignominiose in ludis, vel in lasciviis peccant mortaliter, & incurrunt graves pœnas, & possunt puniri per Judices seculares. Vide dict. verb. *Habitus num. 47.* Unde Concilium Mediolanense I. p. 2. tit. de Clericorum vestitu expresse statuit, quod induentes vestes Religiosorum ad Mascheras gravi pœna puniantur, & etiam
- 3 illi, qui eas commodant. Et Ursaya *Instit. Crimin. lib. 2. tit. 6. num. 112.* cum aliis ibi citatis observat, quod verbum *maschera* derivat à dictione *mascha*, quæ apud Longobardos significat Lacedæmones, & Lamias, exinde inferendo solum nomen *maschere* horridum, & perniciosum esse. (Vid. *lit. B. pag. 256.* & *lit. M. pag. 70. in fin. col. 2. & p. 71. col. 1.*)
- 5 **H**inc locorum Ordinarii, aliique Prælati Regulares non debent dare licentiam, nec permittere, quod Moniales tempore bacchanalium, recreationis gratia, proprias religiosas vestes dimittant, & assumant alienas

mascheras; Sac. Cong. Episcop. & Regular. in *Ferrariensis*. 27. Aprilis 1664.

Vestes sacræ non possunt amplius converti in usus profanos, quia semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum, text. expresse in *cap. Semel 51. de Regul. Juris in 6. & concordat cap. Quæ semel 4. caus. 19. quest. 3.* Nec ad alios usus, quam quibus dedicatæ sunt, transferri debent; *cap. Vestimenta 42. & cap. Ad nuptiarum 43. de consecr. dist. 1. (Leg. 64. tit. 4. p. 1. vid. lit. B. pag. 401. col. 1. in nov. hispan.)*

Vestes sacræ, cum fuerint vetustate consumptæ, incendio dandæ sunt, & cineres in baptisterio, vel alio loco abdito, & honesto condi debent; *cap. Altaris palla 37. de consecrat. dist. 1.*

Clerici quibus vestibus uti debeant? Vide verb. *Clericus art. 1. à num. 13. usque in finem.*

Vestis Clericorum usque ad annum 500. nullatenus distincta erat à vestibus laicorum; Ursaya in *Miscellaneo 2. lit. V. num. 24.* ex Thomassino de veteri, & nova ecclesiæ disciplina.

Quæ sint vestes necessariae pro celebratione missæ? Vide verb. *Missa art. 10.*

Quis possit illas benedicere? Vide verb. *Benedictio art. 1. à num. 17. ad 21. & verb. Vasa Sacra numer. 2. & 3.*

Illicitum est uti vestibus Infidelium, quæ alium usum non habent, quam quod sint signa falsæ Religionis, seu falsi cultus. At vero licitum est in Infidelium vestibus, quæ alium aliquem usum habent, quam profitendæ falsæ Religionis, aut falsi cultus, præsertim si subsit justa causa, v. g. ad vitandum aliquod grave periculum, ad eludendos hostes, ab obtinendam victoriam, vel propter defectum alterius vestimenti, & hujusmodi. *Com. cum S. Thoma 2. 2. q. 169. art. 2. ad 3.* ubi sic expresse dicit: „Potest tamen quandoque hoc fieri sine peccato propter aliquam necessitatem, vel causa se occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliquid aliud hujusmodi.“ Et ad id faciunt duo sequentes versiculi relati à Glossa in *cap. Clericus 5. de vita, & honestate Cleric. verb. Relaxaverint: ibi:*

Tutius ut peterem Laici sub imagine Romam,

Fas fuit, ut sincerem luxuriare comam,

Afferuntur alii notabiles versiculi quoad vestem relati ex aliis ab Ursaya in *miscellaneo 2. lit. V. numer. 26.* ibi:

Vir bene vestibus pro vestibus esse peritus

Creditur à mille, quamvis idiota sit ille:

Si careas veste, nec sis vestitus honeste,

Nullus es laudis, quamvis scias omne, quod audis.

Quidam Theologus, qui prius humiliter indutus male fuerat receptus in suo monasterio, rediens deinde cum pretiosa cappa, splendide receptus, & honorifice tractatus fuit, qui postea in Capitulo multas gratias egit cappæ suæ, Fagnan. in *cap. Episcopalia numer. 32. de privileg. Ursaya miscellan. 2. lit. C. n. 33.*

✦ Vestes Infidelium, aut nationales sunt, vel Religionis distinctivæ, vel denique falsæ Religionis protestativæ. Nulli dubium, quin primi generis vestes adhiberi queant remota quacumque culpa, quemadmodum inconcussum est apud Theologos omnes, si unum vel alterum excipias, numquam licere uti vestibus tertii generis, cum in se falsæ Religionis professionem includant. Moveri dumtaxat posset controversia de vestibus ad secundum genus spectantibus. Disceptarunt olim Theologi, ut videre licet apud Cardinalem de Lugo in *Tractatu de Fide, quest. 14. ses. 5.* Enim hodie extra controversiæ aleam est positum, illicitum prorsus esse talibus vestibus uti, quacumque ex causa, nisi forte in theatris, aliisque spectaculis.

Ita concludit Bened. XIV. de *syn. diao. L. XIII. Cap. 20. num. 25.* „Si quod adsit, inquit, indumenti genus, quod ex forma, usu, aliisve adhærentibus circumstantiis, habeatur veluti tessera, sive nota, quæ Religionem à Religione secernat, numquam eo uti licebit.“ Ratio intrinseca est, quia hæc important simulationem Religionis, quæ mendacium includit

- dit. Mendacium porro semper est malum, nec unquam cohonestari potest, & à fortiori cum de fide agitur. Hac doctrina corrigenda est Ferraris sententia sub hoc numero explicata, ubi perperam adducitur S. Thomæ patrociniū, qui in loco citato loquitur de vestibus mulierum. ✠
- 15 Alia ad rem: Vide *verb.* Benedictio, *verb.* Clericus, *verb.* Habitus, *verb.* Fœmina, *verb.* Missa, & *verb.* Paramenta.
- 16 Affertur novissimum edictum, quo sub certis pœnis præcipitur, cadavera ecclesiasticorum in funeralibus officiis exponi induta sacris vestibus eorum Ordini congruentibus, & cadavera quorumcumque etiam Nobilium, & Magnatum deferri ad ecclesiam cum feretro, præcedente cruce, non autem cum rhedis, aliisve vehiculis (*verb.* Sepultura, in *add. nov. hispan.*)
- »Gasparo per la Misericordia di Dio Vescovo di »Sabina, delia S. R. C. Card. di Carpegna, della »Santità di nostro Signore Vicario generale &c.
- »Avendo la Santità di nostro Signore sotto li 9. »del prossimo passato mese fatto alcune provisioni circa le processioni de funerali, e l'esposizioni di cadaveri nelle Chiese, quali di novo conforma, è volendo, che in tutta la Funzione delli detti funerali, ed esequie si offervi puntualmente il Rito di questa Santa Romana Chiesa, ordina à tutti i RR. Parrochi, Superiori delle Chiese Secolari, è Regolari, ed in quasivoglia modo privilegiati, Sagrestani, ed altri, à chi spetta, di non permettere, che li cadaveri degli ecclesiastici secolari, particolarmente de' Sacerdoti, come anche de' Diaconi, è Subdiaconi si trasportino dalle proprie Case alle Chiese, overo in questa si esponghino vestiti di qualumque altro abito sia di Compagnia, ó Religioni, ma con le vesti Sacre secondo il loro Ordine in conformità della disposizione del Rituale Romano *tit. de exequiis*, sotto pena alli suddetti della perdita di tutti gli emolumenti funerali, ed altre à nostro arbitro.
- »Di più ordina la Santità sua, che nel trasportare dalle Casse alle Chiese li cadaveri di tutte le persone di qualsivoglia stato, grado, & condizione, anche titolare, ó sia di giorno, ó di notte con la dovuta licenza, si offervi parimente la disposizione del detto Rituale Romano nel *tit. suddetto §. Constituto tempore*: che si portino processionalmente con la Croce avanti *Parocho præcedente feretrum cum luminibus*, è però proibisce di trasportarli in qualsivoglia altra maniera, particolarmente dentro li Cocchi, ó Carrozze, sotto pena alli Eredi in caso di contravvenzione di Scudi 500 da applicarsi in opere pie, ed al Parroco, se ciò permetterà, della perdita delli emolumenti, che se li devono, ed altre à nostro arbitro. Dato questo dì 4. Febraro 1705.
- 17 Catechumeni non ante, sed post Baptismum veste candida sunt induendi; *cap. Post Baptismum 91. & cap. Accepisti 92. dist. 4. de Consecrat.* Et sic expresse statuit *Benedict. XIII. in Concil. Romano tit. 26. de Baptismo cap. 2.*
- 18 Vestis talaris usus an, quibus, & sub pœna præcipi valeat ab Episcopis? Quamvis enim Sacrum Concil. *sess. 14. cap. 6. de Reformat.* verbis expressis non injunxerit ecclesiasticis personis usum vestis talaris, sed solum jusserit deferri habitum eorum Ordini & Dignitati congruentem, & juxta Episcopi ordinationem ac mandatum; Nihilominus Sacra Congr. Concil. rata semper habere consuevit Episcoporum decreta de usu vestis talaris, Et præsertim in *Hortana 8. Julii 1690.* ubi proposito dubio: *An edictum, seu præceptum Episcopi sustineatur?* Rescriptum fuit: »Secretario ad mentem, quæ sic explicata fuit: Sustineri edictum, Sacerdotes teneri semper incedere in habitu talaris, & Clericos maxime in functionibus ecclesiasticis; & quoad pœnas Episcopus moderate procedat« ut in *lib. 40. Decretor. pag. 435.* Rursus in *Ostunens. Sinodi 6. Julii 1697. ad VII. dub.* Respondit, *Servandum esse decretum proxime relatum in Hortana*, ut in *lib. 47. Decret. post pag. 294.* Sic quoque in *Melevitana Synodi 4. Junii 1707. ad XXVII. dub.* prodiit rescriptum

Constitutionem synodalem sustineri, cum licentia tamen gratis danda, ut in lib. 57. Decret. pag. 205. Itemque in *Ruben. Habitus talaris*, dubium hoc, *An edictum super delatione habitus talaris, in ecclesiis, illarumque ingressu, & egressu sustineatur?* ita resolutum fuit: *Sustineri, moderatis pœnis arbitrio Eminentissimi Præsfecti*, qui sic declaravit: »Nos ad mentem ejusdem Sacræ Congregationis Nobis expressam, »declaramus, à supradicto edicto Episcopi delendas esse »contra inobedientes, videlicet quoad Sacerdotes, pœnam suspensionis ipso facto incurrendam; quoad Clericos, pœnam, quod non possint promoveri ad Ordines Sacros, nec admitti ad Beneficia, quamvis de jure patronatus; quoad Sacristas, pœnam suspensionis; & respective quo ad Clericos, pœnam Interdicti ab ingressu Ecclesiæ. Et loco prædictarum pœnarum multandos esse in quinque libris ceræ albæ laboratæ, & in subsidium suspensionis, & interdicti ferendæ sententiæ respective;« ut in *lib. 58. decret. p. 288.* Recentius vero in *Sorana edicti 20. Maji 1719.* rescriptum fuit: *Servandum esse edictum, ut in lib. 69. Decretor. pag. 26.* Et denique in *Marsic.* cum Episcopus simile promulgasset edictum; sed dum Clerici ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem essent promovendi, exigeret ab eis jusjurandum de edicto observando; Sacra Congr. die 15. Decem. 1731. Rescripsit: *Servetur edictum Episcopi; sed non exigatur præstatio Juramenti.* Et in *Salernitana edictorum 27. Septemb. 1732. ad 2. dub.* »An Dignitates, & Canonici Cathedralis cogi possint ad incedendum in habitu talaris usque ad occasum solis, excepta tamen occasione eundi ad loca ruralia? & quatenus affirmative?« Respondit: *Affirmative.* Et consimiliter respondit Sacra Congr. Episcop. & Regul. die 1. Octobris 1728. in *Metropolitana* approbando hujusmodi edictum ab Episcopo latum; Sic expresse apud *Tomum quintum thesauri resolutionum Sacræ Cong. Concil. in Salernitana Edictorum.*

Et apud *Ursayam tom. 5. part. 2. disceptat. 16. 19 num. 68.* habetur hæc celebris resolutio Sacræ Congregationis Episcop. & Regular. in *Gallien. Synodi 20. Januarii 1720.* in qua multa fuerunt resoluta dubia; & ad rem dicta die 20. Januarii 1720. fuit Episcopo Calliensi scripta epistola vulgari idiomate inter alia continens, ut sequitur: »Che precetti à tutti gli ecclesiastici di dover vestire con abiti lunghi fino a' piedi quando celebrano la Santa Messa, ò intervengono nelle sagre funzioni solamente, tanto di estate, come d' inverno, sotto pena di sei giorni di carcere formale per ciascheduna volta, che si contrawenga, è quando vi sossero recidivi, possa estendersi detta pena anche fino à dieci gioni; Tollerando però che quando non intervengono à dette funzioni ecclesiastiche, possano usare abiti più corti, purchè sieno decenti è modesti, è che proibista a' Chierici poter usare abiti secolareschi, con Maniconi, è Saccoccio alla moda sotto pena di due libre di cera bianca lavorata per ciascheduna volta.«

Affertur lepida observatio de veste talaris, ratione cujus multi sine Abbatia passim vacantur Abbates, teste *Lubin. de Abbat. Ital. in Monit. ad Lectorem §. de Abbatum numero*, sequentibus verbis: »Hic vero novissimis temporibus, tum curialium vanitate, tum adulatione amicorum, & plebis ignorantia, infinitus evasit, ut stultorum, si Abbatum numerus; adeout homo talaris veste indutus, ab omnibus Abbas æstimetur, & appelletur, qui fatuorum more sibi blandiens, de hoc vano titulo gloriatur, & ex solius familiarum nomine nova, sed chimerica creditur Abbatia.« Indequè in Urbe lepide distinguuntur Abbates in duas species, quarum una creatur à Dataria, alia vero à sartoribus, qui eo ipso, quod alicui habitum ecclesiasticum faciunt, dicuntur ei dare titulum, se facienti vocare Abbatem; Quapropter S. M. Innocentius XI. cuidam nobili Romano petenti ecclesiasticum beneficium, eo prætextu, ut posset denominari Abbas, serio respondit, non esse opus ad dictum effectum obtinere aliquod beneficium, ex quo satis erat, habitum de-

deferre ecclesiasticum; Sic expresse refert, & sequitur Ursaya *lib. 3. Inst. Crimin. tit. 4. num. 5. & 6.* improbens cum aliis, quod jam omnes Presbyteri ratione solius vestis vocentur Abbates.

21 * Sacrae vestes cujusque dignitatis, seu ordinis proprie gestandae sunt à Clericis synodo interessentibus, ut ex antiquis synodorum constitutionibus, & more moderno erudite tradit Benedictus XIV. *De synodo diocesana lib. 3. cap. 11. num. 1. 2. & 3.* Et in primis

22 Episcopus in Congregationibus antisynodalibus in aedibus episcopalibus fieri solitis praesidet indutus habitu praelatitio, *rochetto* scilicet, & *mozetta*: cum ad ecclesiam accedit synodum incepturus, aut prosecuturus, incedit indutus cappa; priusquam preces recitet, quae cujusque sessionis initio dicendae sunt, praeter superpelliceum, amictum, & stolam, induit pluviale rubeum. In solemnibus supplicatione, seu processione, quae cum universo Clero in synodi initio, & fine per Urbem institui solet, pergit indutus alba, stola, pluviali rubeo, mitram pretiosam, & pastorale baculum deferens, & has easdem vestes in sessionibus synodalibus retinet; Idem *loco cit. num. 3. ex caeremoniali Episcop. lib. 1. c. 31. & Gavant. in praxi synodi diocesanae cap. 13.* Secunda autem die synodi recitat consuetas preces defunctorum cum pluviali nigro, & tertia die assistit missae cum stola, & pluviali albo; Idem *lib. 5. cap. 1. num. 4.*

23 Pallium vero nec Archiepiscopus, nec Episcopus jus pallii habens, gestare possunt extra ecclesiam, & extra missarum solemnias; Idem *lib. 3. cap. 11. numer. 4.* Vide tradita in *tom. 1. verb. Archiepiscop.*

24 art. 3. num. 22. ad 25. Nec in omnibus missis; sed Archiepiscopus eo uti potest dum solemnem missam celebrat in Synodo Provinciali; Idem *ibid. num. 5. & expresse caeremonial. Episcop. lib. 1. cap. 31. ibi:*

25 »Cantabitur missa de Spiritu Sancto solemniter per
26 »Archiepiscopum, qui in ea utetur pallio.« Et de facto in Conciliis Provincialibus pallio usos fuisse S. Carolum Borromaeum Mediolani, & Benedictum XIII. dum erat Archiepiscopus Beneventi, tradit Cardil. Petra *tom. 5. in constitut. 3. Pii II. section. unic. num. 32.* Vide dict. *tom. 1. verb. Archiepiscopus art. 2. num. 27.*

27 In Missa autem solemniter celebranda in synodo diocesana, nec Archiepiscopus, nec Episcopus pallii usum habens, potest ipso uti, ut indubitanter asserit idem Benedictus XIV. *c. lib. 3. cap. 11. num. 6.* dicens expresse, quod pallii usus pro die synodo diocesanae nusquam reperitur Archiepiscopo, aut Episcopo usum pallii habenti concessus; Unde Gavantus *in praxi diocesanae synodi cap. 3. satis* apposite scribit: »Habitus

28 »Episcopi in missa synodali erit Pontificalis, & coloris rubei. Si celebrat solemniter, assumit omnia paramenta usque ad pallium exclusive.« Quod etiam notavit Pax Jordan. *tom. 2. lib. 8. tit. 2. num. 92.*

29 Episcopus etsi missam in synodo non celebret, omnia habere debet Pontificalia ornamenta, eique assistunt Diaconus, & Subdiaconus cum Dalmaticis; *ibid. numer. 9.* Qui tamen *lib. 5. cap. 1. num. 3.* vult, quod Episcopus per seipsum missam celebret, ut illi imponit recens Pontificale, quod prodiit auctoritate Clementis VIII. ubi Episcopo, & non alteri dicitur: *Paratur in Sede, celebrat missam de Spiritu Sancto.*

30 Nec satis est, ut Episcopus missam privatam faciat, sed omnino decet, ut solemnibus, & pontificali ritu celebret. Siquidem S. Carolus Borromaeus in Concilio Provinciali Mediolanense IV. *part. 2. tit. Quae pertinent ad Sanctissimum missae sacrificium pag. 152.* dies enumerans, quibus Episcopus »Patrum monimentis, & veteri, eoque comprobato rituum, caeremoniarumque Romanarum Codice« sacra mysteria solemnitate, & pontificio apparatu perficere debet, primam quoque diocesanae synodi diem inter illas recenset, Sic ille expressis verbis.

31 Vicarius Generalis in synodo diocesana, si Protototarius sit Apostolicus, utitur vestibus hujus muneris, *rochetto* scilicet, & *mantellata*. Et si ea careat praerogativa, utitur vestibus, quibus per Urbem incedere solet. Si autem sit de gremio Capituli, in mis-

sa, & solemnibus supplicatione utitur vestibus canonicis. In sessionibus vero synodalibus, illis depositis, proprias assumit; Idem *ibid. num. 7.* ex Gavanto *c. cap. 13. num. 11. & 12.*

Dignitates cathedralis, Episcopo solemniter celebranti, assistunt indutae pluviali; Canonici Presbyteri casula, Diaconi, & Subdiaconi dalmaticis, ubi juxta Tridentini Decretum *sess. 24. cap. 12. de reformat.* sit facta praebendarum divisio; Ubi autem ea divisio nondum est facta, omnes Canonici uti solent pluviali; Idem *ib. num. 8.* ex Gavant. *l. c. num. 2.* Coadjutores Canonice ecclesiae Cathedralis utuntur vestibus, quibus in choro uti consueverunt. Vicarii Foranei, & Archipresbyteri seu Praepositi rurales, in aliis quibus diocesis, aut pluviale, aut aliud ornamentum assumunt, quo à ceteris distinguantur; In aliis autem nullum obtinent speciale Insigne. Parochi quoque alicubi praeter superpelliceum seu cottam, gestant capucium, alibi stolam. Ceteri de Clero utuntur dumtaxat superpelliceo; Idem *ibidem num. 8.* ex Gavant. *cir. cap. 13.* recte tamen cum ipso concludens, standum esse in his omnibus locorum consuetudini.

Si Episcopus in synodo missam privatam, vel nullatenus celebret (quod tamen juxta supra tradita, improbatum) Canonici Cathedralis utuntur dumtaxat vestibus choralibus. Et ei interessenti ut debet synodo omnibus ornato pontificiis insignibus, assistunt Diaconus, & Subdiaconus cum dalmaticis, perinde ac si missam celebranti inservirent, ut praescribitur in Pontificali Romano; Idem *ib. num. 9.* Gavant. & Pax Jordan *loc. cit.* Dignitates, & Canonici Cathedralium habentes per Apostolicum privilegium usum Pontificalium, in synodo dum Episcopus missam celebrat, Processio peragitur, & synodales sessiones habentur, possunt uti sola mitra cum vestibus aliorum Canonice propriis, non vero cum aliis indumentis pontificalibus, cum enim Praeposito Collegiatae Sanctae Agathae civitatis Cremonae vellet Cremonensi synodo interesse indutus Pontificalibus ornamentis, quorum usum illi ceteroquin competere nullus dubitabat, eique se opponeret Episcopus, proposito dubio in Sacra Congregatione Concilii: »An Praepositus S. Agathae possit ultra usum mitrae in cathedrali, & actionibus synodalibus uti baculo, aliisque pontificalibus ex laminis aureis, cum separato genuflexorio, & Sede occasione celebrationis missae in synodo?« Sacra Congregatio die 5. Aprilis 1722. Respondit: *Negative excepto usu mitrae simplicis in actibus synodalibus tantum.* Iterumque causa proposita die 9. Augusti 1733. *Sacra Congregatio stetit in decisio, excepta qualitate mitrae, quam dixit posse à Praeposito gestari aurifrisiatam;* Idem *ib. num. 11. & 12.* ubi subjungit, quod credere fas est, ideo quoad hoc Sacram Congregationem sententiam mutasse, quia deprehensum fuit Praepositum exemptum esse ab Episcopi jurisdictione. Ceteri quippe mitrae usum sibi à Sede Apostolica concessum habentes, si Episcopi jurisdictioni subiaceant, in episcopali synodo mitram simplicem dumtaxat, & non aurifrisiatam gestare permittuntur, juxta apertam decisionem Clementis IV. in *cap. Ut Apostolica, de privileg. in 6. ibi:* »De Fratrum nostrorum consilio, praesenti decreto statuimus, ut Abbates, & alii, à quibus mitrae usus est ab eadem Sede concessus; Exempti quidem in Provincialibus Conciliis, & Episcopalis Synodis (quibus nonnulli eorum interesse tenentur) mitris tantummodo aurifrisiatis, non tamen aureas, vel argenteas laminas, aut gemmam habentibus, uti possint; Non exempti vero simplicibus, & albis, ac planis utantur. In aliis vero locis exemptis, & non exemptis, mitris liceat illis uti, prout concessa eis ab eadem Sede Indulta permittunt.« Unde Canonici, & alii, qui viliori mitra in aliis actibus, & functionibus ecclesiasticis ex privilegio utuntur, si eandem in synodo deferre gestiant, concludentur probare debent, id etiam honoris sibi specialiter, & expresse, & quidem post Clementem IV. fuisse à Sede Apostolica concessum.

Vestis Clericorum statuit conveniens est *Talaris.* Hinc fere omnia celebrata Concilia post Tridentinum Cle-

Clericos coegerunt ad gestandam vestem talarem, & quidem nigri coloris; In Concilio Provinciali Mediolanensi I. part. 2. S. Carolus Borromæus de Clericorum vestitu loquens ait (Part. 1. Act. Eccles. Mediolanens. pag. 28.) *In omni vestitu color tantum niger adhibeatur.... externa vestis simplex, & talaris erit.* In Concil. Mediolanensi anni 1570. tit. de vita, & honestat. Clericor. cap. 3. (tom. 10. collect. Hard. col. 1195.) jubentur Clerici majorum Ordinum, cum in publicum prodeunt, gestare vestem talarem. Concilium Remense anno 1583. tit. de Clericis in genere num. 8. (ibid. col. 1292.) *Veste ecclesiastica, eaque talari, ac decenti utantur omnes Clerici.* Concilium Burdigalense ejusdem anni tit. 1. sect. 21. (ib. col. 1359.) cap. 2. *Vestes eorum sint talaris: Quodque notabilius est, Concilium Provinciale Narbonense anni 1602. cap. 41. (tom. 11. collect. Hard. col. 44.) Clericos etiam noctu incedentes ad deferendam vestem talarem coegit: Noctu incedentes, ex rationabili causa, togas talaris deferent.* Conciliis Provincialibus concinunt innumeræ synodi diocesanæ congestæ à Genetto theol. moral. tom. 2. tr. 1. cap. 9. & in Append. ad Synodum Fulginatensem Episcopi Baptistelli pag. 172. & sequent. Unde sacrorum canonum rigorem non augent, sed emolliunt synodales constitutiones, quæ obligationem deferendi vestem talarem à pluribus Conciliis omnibus Clericis generatim impositam, ad solos limitant Clericos majorum ordinum, aut ecclesiasticum beneficium possidentes. Et majori adhuc indulgentia lenitum reputari debet episcopale edictum, solos compellens Sacerdotes ad eam saltem induendam, cum ecclesiam ingrediuntur sacris operaturi, cujusmodi est illud, quod promulgavit Benedictus XIV. uti Archiepiscopus in diocesi Bononiensi; Sic idem expressis verbis loc. cit. lib. 7. cap. 19. num. 3. & 4. Qui ibid. num. 1. testatur, quod ecclesiastici omnes, qui adversus consimiles sanctiones uti nimio rigore conspersas distitantes, provocaverunt ad Sacram Congregationem Concilii, semper succubuerunt, uti videre est in sua Notificatione 71. & in epistola pastorali bon. mem. Cardinalis Lanfrendini edit. in civitate Æssina 1740. pag. 287. & frequent.

Et quidem merito succubuerunt reclamantes contra tam justas sanctiones; immo severe puniri deberent, qui vestes proprio non congruentes Ordini defe-

runt, contra expressum decretum Concilii Tridentini sess. 14. cap. 6. de reformat. ibi: »Quia vero, etsi »habitus non faciat Monachum, oportet tamen Cle- »ricos vestes proprio congruentes Ordini semper de- »ferre, ut per decentiam habitus extrinseci, morum ho- »nestatem intrinsecus ostendant &c.« Unde contra 47 ecclesiasticos in hoc delinquentes jam dixerat S. Bernardus de Consideration. ad Eugenium III. lib. 3. »At »forma hæc vestium deformitatis mentium, & morum »indiciu est. Quid sibi vult, quod Clerici aliud esse, »aliud videri volunt? Id quidem minus castum, mi- »nusque sincerum. Nempe habitu milites, quæstu Cle- »ricos, actu neutrum exhibent; nam neque pugnant »ut milites, neque ut Clerici evangelizant & contra alios magis adhuc in forma vestium delinquentes S. Hieronymus scripsit ad Eustochium epistola 22. Tales cum videris, sponso magis existimato, quam Clericos. * ☉

VIATICUM.

SUMMARIUM.

- 1 VIATICI nomine quid veniat.
- 2 Viatici nomen unde veniat.
- 3 Eucharistia danda Infirmis nuncupatur Viaticum.
- 4 Tenetur ægrotus in mortis periculo constitutus sumere Sacrum Viaticum, quamvis non sit jejunus.
- 5 Sumere Eucharistiam per modum Viatici quid sit.
- 6 Licet ægrotus sit jejunus, recte adhibetur adhuc formula: Accipe Viaticum.
- 7 Qui mane communicavit ex devotione, si superveniat periculum mortis, an teneantur eadem die per modum Viatici communicare, remissive.
- 8 In eadem infirmitate, etsi non teneatur, potest tamen ægrotus post 6. 7. vel 8. dies repetere Viaticum non jejunus, dummodo nequeat jejunus sumere, & periculum mortis recurrat. Immo secundum aliquos duobus diebus continuis.
- 9 Viaticum dari debet etiam in die Parasceves.
- 10 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad num. 15.
- 16 Additiones subsequuntur.

VIATICI nomine apud prophanos Scritores intelligitur

☉ Quam plurimas noxias, Omnipotenti Deo, præter innumera Reipublicæ damna, aliena uti veste, & potius Regulari, qua simuletur persona, secum ducit: inter causas nostri D. Regis animum moventes, ut Regulares intra claustra, quantum possint, sisterent, extraque non pernoctarent, ita legitur prænotatum (1): »Quid enim dicetur de personis, invicem vestes sexus proprias mutantibus, aliisque simul mascheris induentibus? vertantur ora ad DD. Regis Philippi V. tempora? Quas in pœnas ipsamet Regia Majestas haud voluit incurere inordinationes tales comittentes in tripudiationibus carnalis, aliove tempore, quovis colore, seu prætextu domibus particularibus hujus Villæ Matritensis? (2) Absque qualitatibus, status, sexusve distinctione, æqualiter delicta sequitur pœna, à qua, pecuniaria, præcipue, nec domus conductor conducensve subterfugere potest, nec apprehensio requiritur realis, cum ad hoc sufficiens æstimetur informatio casus: multæque applicandæ venient personis miserabilibus in carcere detrusis, delatoribus, Ministrisque inferioribus vigilantibus (3).

(1) Vide verb. Regularis.

(2) Auct. acord. 1. tit. 15. lib. 8. Manda el Rey nuestro Señor, que en atención á que de pocos años á esta parte se han introducido en esta Corte, imitando los carnavales de otras partes, diferentes bayles con mascarar, mezclandose muchas personas disfrazadas en varios trages, de que se han seguido innumerables ofensas á la Magestad de Dios, y gravísimos inconvenientes, por no ser conforme al genio, y recato de la Nacion Española, que ninguna persona, vecino, morador, estante, ó habitante en esta Corte, de qualquier estado, calidad, ó condicion que sea, pueda tener, ni admitir en su casa personas algunas, para que con titulo de carnaval, ó asambleas se diviertan danzando con mascarar, ó sin ellas en este, ni otro tiempo del año, ni en otra qualquiera forma, pena de mil ducados á la persona que contravinieren á ello, además de que se procederá á otras mas graves, conforme á la calidad de la persona.

(3) Auct. acord. 2. ejusd. Ninguna persona de qual-

quier calidad, estado, y sexo, no ande, ni use en la Corte, ni en las casas particulares de ella en tiempo de carnaval del disfráz de mascarar, pena al que fuese Noble de quatro años de presidio, y al plebeyo de otros tantos de galeras, y á unos, y otros de treinta dias de carcel; y además de estas penas incurra en la multa de mil ducados qualquiera persona de qualquier caracter que se le justifique haber danzado, ó estado en alguna casa con mascarar, ó disfráz; y que la misma cantidad se saque al dueño inquilino de la casa donde se hubiese baylado en la forma expresada, para lo qual no será necesaria la apprehension, y bastará la informacion que se haga, para poder exigir la multa, y proceder á lo demás que haya lugar contra los no esentos; y que se dé cuenta á su Magestad: Que siendo mugeres las que usen de la referida mascarar, se saquen de sus bienes los mil ducados de multa: Que las dos partes de la multa sean para los pobres de la carcel de Corte, y la tercera para el Delator, y Ministros inferiores que en-

tur cibus, & pecunia, quæ in viam, seu iter peragendum præparatur. Unde apud Plautum, teste eruditissimo Patre Gobat tom. 1. tract. 4. num. 180. dicitur Viaticus is, qui sibi prospexit de rebus necessariis profectio. Viatici enim nomen venit à voce *via* & sumit adnominationem à cibariis, quæ à viatoribus ad iter agendum præparantur. Hinc à Sacris Scriptoribus Divina Eucharistia idemtidem nuncupatur *Viatum*. S. Thomas part. 3. quæst. 73. art. 4. in corpore, *ibi*: „In quantum scilicet hoc Sacramentum est præfigurativum fruitionis Dei, quæ erit in Patria, secundum hoc dicitur Viaticum, quia hic præbet nobis viam illuc perveniendi;“ Et sic expresse vocat ipsum Concilium Carthaginense relat. in cap. In quis 8. cap. 26. quæst. 6. & Concilium Nicænum relat. in cap. De his 9. ead. causa, & quæstione, ubi statuitur: „Ut si forte quis recedat ex corpore, necessario vitæ non defraudetur Viatico.“

4 Tenetur ægrotus in mortis periculo constitutus, tum Jure ecclesiastico, tum divino, Sacrum Viaticum sumere, quamvis non sit jejunus; Com. Sumere autem Eucharistiam per modum Viatici est ipsam sumere eo tempore, quo pro mortis periculo obligat præceptum; Vazquez tom. 3. in 3. part. disp. 214. numer. 17. Hurtadus de Eucharistia disput. 10. diff. 2. Gobat loc. cit. num. 181. & alii.

6 Et licet ægrotus sit jejunus, recte adhibetur adhuc formula *Accipe Viaticum*, &c. cum non minus sumat Eucharistiam per modum Viatici ægrotus jejunus, ac non jejunus, ex quo Viaticum sit præparatio pro via ad cœlestem patriam brevi aggredienda, tam à jejunio, quam à non jejunio; Viatici enim nomen ex dictis supra num. 2. & 3. venit à voce *via*, & sumit adnominationem à cibariis, quæ à viatoribus ad iter agendum præparantur.

7 Qui mane communicavit ex devotione, si superveniat periculum mortis, an teneatur eadem die per modum Viatici communicare? Vide verb. Eucharistia num. 26.

8 In eadem infirmitate, etsi non teneatur, potest tamen ægrotus post 6. 7. vel 8. dies repetere Viaticum non jejunus; dummodo nequeant jejunus sumere, & periculum mortis recurrat. Vide *ib.* num. 37. Immo, ut habet Ursaya in Miscellaneo 2. lit. V num. 28. Viaticum potest dari infirmo duobus diebus continuis; Card. Brancat. de Sacro Viatico in extremo vitæ periculo extantibus exhibendo sequutus à Coronello in Bibliotheca universali lit. B num. 2807. fol. 2836. ubi quod ita practicavit Philippus IV. Hispaniarum Rex.

9 Viaticum dari debet etiam in die Parasceves, sed nullatenus ipsa potest sanis præberi Eucharistia; Sacra Rituum Congregatio 19. Februarii 1622.

10 * Viaticum Corporis Christi non est ad infirmos

deferendum, qui cum illud sumere impediuntur, adorationis, vel deosulationis causa ad se deferri exposculant. Benedict. XIV. constitut. incip. Cum, ut recte, §. 12. & 13. Et id jam non tradidimus ad verb. Eucharistia num. 50.

Morituro impotenti Eucharistiam sub specie panis deglutire, non potest Sacramentum administrari sub specie vini, neque sub specie panis intincti in viro consecrato, sed omnino linquendus est non relictus sacra Communione, cum præceptum Viatici non obliget, nisi cum ministrari potest ritu ab ecclesia non prohibito, iste vero ritus ab Ecclesia Latina omnino prohibetur. Viciissim autem licite administratur sub specie panis vino, vel aqua non consecrata madefacti ut facilius deglutiatur. Bened. XIV. de sacrif. miss. lib. 3. c. 19. §. 6. *

Constitutio *Unigenitus* (Lit. C pag. 316.) tantam sibi vindicat auctoritatem, & obsequium, ut eidem publice refragantibus, veluti notoriis, ac publicis peccatoribus, denegandum sit sanctissimum Viaticum. Bened. XIV. const. inc. Ex omnibus, §. 3. Publici autem, atque notorii sunt refractarii, in casu, de quo agitur, quicumque per sententiam à Judice competente prolatam, rei declarati sunt, eo nomine, quod debitam prædictæ constitutioni *Unigenitus* venerationem, obsequium, & obedientiam contumaciter denegaverint: Quicumque etiam hujusmodi contumaciæ reos se in judicio confessi sunt; Ac præterea illi, qui quamvis nec à Judice condemnati, neque reatum suum in judicio confessi fuerint, nihilominus, vel eo tempore, quo sacrum ipsum Viaticum suscepturi sunt, propriam inobedientiam, & contumaciam adversus constitutionem *Unigenitus* sponte profitentur, vel in antea vitæ decursu aliquid evidenter commississe noscuntur, manifeste oppositum venerationi, obsequio, & obedientiæ, eidem constitutioni debitæ, in eoque facto moraliter perseverare, quod ita vulgo cognitum est, ut publicum scandalum inde exortum, non adhuc cessaverit. Sunt verba præcisæ dictæ constitutionis sub §. 4.

In re autem dubia, quam regulam sequi debeant Sacramentorum Ministri, tradit Pontifex *ib.* §. 8. & 9. his verbis: Hoc itaque primum advertere debent, an scilicet ei, qui extremum Viaticum postulat, quum antea ad sacram mensam accederet, paschali præsertim tempore, à loci illius Parocho, ubi degebat, Eucharistica Communio administrata fuerit; si enim hæc illi in vita non fuerit denegata, augmento id erit, aut hominem illum ab omni labe immunem, aut saltem non vere notorium peccatorem reputatum fuisse; indeque sequetur, Sacrum Viaticum eidem in exitu vitæ publice postulanti denegari non posse; nisi forte, postquam olim ad Eucharisticam mensam admissus fuit, & ante id tempus, quo postrema Sacramenta requirit, aliquid commississe noscatur, quo publici, & noto-

At quid demirandum! cum jam à tempore DD. Philippi II. mulieribus specialiter prohibitum esset ora tegere quolibet in populo hujus regni, sub triummillium marapetinorum poena quælibet pro vice: jamque sindicatus, judicibus haud celantibus sive illud non adimplentibus (4).

Quæ quidem poena, epitogique amissionis ad decemmillia marapetina DD. Philippo IV. tempore fuit aucta; duplicata pro vice secunda, cum facultate judicibus ad exilii impositionem, dummodo casus, statusque qualitas mulieris permiserit (5).

tendieren en la justificacion, y hubiesen vigilado sobre ello: Que la misma multa se entienda con qualquier persona que alquilar casa, ó quarto, en que haya los expresados bayles, aunque alegue, y proponga no haber sabido era para este fin:

(4) L. 11. tit. 4. lib. 5. Mandamos que ninguna muger, de qualquier estado, calidad, y condicion que sea, en todos estos nuestros reinos pueda ir, andar, ni ande tapado el rostro en manera alguna, sino llevandole descubierto, sopena de tres mil maravedis por cada vez que lo contrario hiciere: Y mandamos á las nuestras Justicias, que de su officio (aunque no preceda denunciacion) procedan á la observancia, y cumplimiento de lo suso contenido, con apercibimiento, que no lo haciendo, se les hará cargo en las residencias que se les tomaren de qualquier negligencia que

en ello hayan tenido, y serán castigados por ella.

(5) L. 12. ejusd. *Ibi*: Y deseando proveer de remedio conveniente, mandamos que en estos reinos, y señoríos todas las mugeres de qualquier estado, y calidad que sean, anden descubiertos los rostros, de manera que puedan ser vistas, y conocidas, sin que de ninguna suerte puedan tapar el rostro en todo, ni en parte, con mantos, ni otra cosa, y que cerca de lo susodicho se guarden, cumplan, y executen las dichas pragmáticas, y leyes con las penas en ellas contenidas, y demás de los tres mil maravedis que por ellas se imponen, por la primera vez caygan, é incurran en perdimiento del manto, y de diez mil maravedis aplicados por tercias partes: y por la segunda los dichos diez mil maravedis sean veinte, y se pueda imponer pena de destierro, segun la calidad, y estado de la muger.

torii peccatoris notam, juxta præmissa, contraxerit.

Ubi autem ex hac facti specie certum ipsis non suppetat fundamentum, cui insistere valeant, aliunde vero validæ adversus ægrotum præsumptiones, & indicia gravia, & urgentia militant, ob quæ obortum sibi scrupulum rationabiliter deponere nequeant; in his rerum circumstantiis, oportet eos, remotis arbitris, ægrotum alloqui, eique cum omni lenitate, & mansuetudine, non tamquam disputantes, eumque convincere volentes, ostendere, quæ, & qualia sint indicia, quæ suspectum reddunt ipsius vitæ tenorem; rogantes eum, & obsecrantes, ut respiscat, in eo saltem temporis articulo, à quo æterna ipsius salutis sors pendet; eidem præterea demonstrantes, quod quamvis ipsi parati sint Sanctissimum Corporis Christi Viaticum ei ministrare, non ideo tamen tutus ipse erit ante tribunal Christi, sed potius novi, & horrendi criminis reum se constituet, ex quo iudicium sibi manducavit, & bibit: ceterum se non alia de causa Sacramentum Corporis Christi eidem ministraturos, nisi ut ecclesiæ jubenti obtemperent, quæ præter eam, quam habet, curam, ut scandala publica antevertat, pro sua etiam pietate, ægroti ipsius infamiam præcavere studet, & idcirco eum à sacra mensa non repellit, dum ipsum, licet peccatorum in conspectu Domini reputet, non tamen in proprio tribunali publicum, atque notorium peccatorem agnoscit. Hæc ille §. 8. & 9. citatæ constitutionis merito integraliter perlegendæ, & observandæ, quam idcirco ad literam hic subnectimus.

14 *Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Benedicti divina providentiæ Papæ XIV. epistola encyclica ad, S. R. E. Cardinales, ac Archiepiscopos, & Episcopos regni Galliarum in novissimis Comitibus Cleri Gallicani congregatos.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinal., ac Archiepisc., & Episcopis regni Galliarum in novissimis Comitibus Cleri Gallicani congregatis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ex omnibus christiani Orbis regionibus, ad quas imposita imbecillitati nostræ pastoralis cura protenditur, quum multa sæpe ad nos deferantur, quæ animum nostrum pro omnium, singularumque ecclesiarum statu sollicitum, & anxium habeant, vix tamen aliunde Nobis majores perturbationis, atque doloris causæ acciderunt, quam ex gravissimis controversiarum, & dissensionum incommodis, quibus florentissimum istud regnum, & catholicam Gallorum nationem aliquot ab hinc annis jactari cognovimus. Neque sane destitimus hoc toto perturbationum vestrarum tempore Deum Optimum Maximum enixe rogare, ac interpositis etiam aliorum precibus orare, atque obsecrare, ut ipse, qui Deus pacis est, veram, solidamque tranquillitatem turbatis ecclesiis vestris reddere dignaretur. Sæpe etiam, datis ad carissimum in Christo Filium nostrum Ludovicum Galliarum Regem Christianissimum Apostolicis literis, illius opem, & brachium ad ecclesiasticæ pacis tutelam, atque præsidium imploravimus. Iis autem, qui ad Nos, & ad Sedem Apostolicam de rebus istis recursum habuerunt, ea semper responsa dedimus, quibus Nos promissos paratosque declaravimus, pro pace Ecclesiæ Gallicanæ, quam sincera, & constanti dilectione prosequimur, quidquid Nobis vitæ superesse posset libenter impendere, atque omnia quæ Nobis agenda proponerentur, & aggredi, & urgere, dummodo ejusmodi consilia essent, quæ ad revellendum malorum germen apta, & idonea dignoscerentur, & quorum executio cum spe prosperi eventus suscipienda, & ad intentum finem utiliter processura videretur.

Gravem, atque diuturnam de rebus vestris sollicitudinem, qua hæctenus affecti fuimus, non parum sublevarunt literæ é Gallicani Cleri Comitibus die 32. Octobris elapsi anni ad Nos scriptæ, quas qui-

dem legentes, vestram, venerabiles fratres, firmitatem, atque constantiam, vestram perspeximus perfectam consensionem in custodiendo veræ sanæque doctrinæ deposito, & in retinenda, quam semper majores vestri professi sunt, erga Apostolicam B. Petri Sedem, Catholicæ Unitatis centrum, observantia, & veneratione. Neque enim ullam inter vos dissensionem vigere comperimus, quoad canonicas regulas, & principia, sed scissuras tantummodo esse inter vos, in diligendis, statuendisque mediis, quibus utendum necessario est, ut eadem communia principia in usum deducantur. Quod quamvis optandum fuisset longe abesse à conventu vestro, haud tamen mirum videri debet, scientibus, id alias inter sacros Antistites, & doctrina, & morum sanctitate conspicuos, in gravissimarum rerum tractationem evenisse. In magnam autem præconceptæ consolationis nostræ accessionem sese obtulit eximia Christianissimi Regis pietas, & religio, cum hæreditario ipsius in hanc Apostolicam Sedem obsequio conjuncta, quæ non in recentioribus tantummodo illius literis, quas die 19. Decembris ejusdem elapsi anni, prædictam Cleri epistolam huc mittens, ad nos dedit, sed in ceteris quoque omnibus ab eo conscriptis præclare enituit: in quibus testari possumus, atque debemus, Nos semper illius regii animi sensus eos plane deprehendisse, qui maxime decebant orthodoxum Principem, & vera in Deum religione, & sincera erga Romanam Sedem pietate præditum, eundemque pacis, atque concordie in suis regnis restituendæ, & conservandæ amantissimum.

Tanta est profecto in ecclesia Dei auctoritas Apostolicæ constitutionis, quæ incipit Unigenitus: eademque sibi tam sinceram venerationem, obsequium, & obedientiam ubique vindicat, ut nemo fidelium possit, absque salutis æternæ discrimine, à debita erga ipsam subjectione sese subducere, aut eidem ullo modo refragari. Hinc porro consequitur, ut in ea, quæ exorta est, controversia, utrum hujusmodi refractariis Sanctissimum Corporis Christi Viaticum expetentibus denegari debeat, sine ulla hæsitatione respondendum sit, quoties prædictæ constitutioni publice, & notorie refractarii sint, denegandum eis esse, ex generali nimirum regula, quæ vetat publicum, atque notorium peccatorem ad Eucharisticæ Communionis participationem admitti, sive eam publice, sive privatim requirat.

Publici autem, atque notorii sunt refractarii, in casu, de quo agitur, quicumque per sententiam à Judice competente prolatam rei declarati sunt, eo nomine, quod debitam prædictæ constitutioni Unigenitus venerationem, obsequium, & obedientiam contumaciter denegaverint; quicumque etiam hujusmodi contumaciæ reos se in iudicio confessi sunt: ac præterea illi, qui quamvis nec à Judice condemnati, neque reatum suum in iudicio confessi fuerint, nihilominus, vel eo tempore, quo sacrum ipsum Viaticum suscepturi sunt, propriam inobedientiam, & contumaciam adversus constitutionem Unigenitus sponte protestentur, vel in antea vitæ decursu aliquid evidenter commississe noscuntur, manifeste oppositum venerationi, obsequio, & obedientiæ eidem constitutioni debitæ, in eoque facto moraliter perseverare, quod ita vulgo cognitum est, ut publicum scandalum inde est ortum, non adhuc cessaverit: in his enim casibus eadem omnino adest moralis certitudo, quæ habetur de iis factis, super quibus iudex sententiam tulit, vel saltem alia suppetit moralis certitudo prædicta similis, & æquipollens.

In quo tamen præ oculis habenda est differentia, quæ intercedit inter notorium illud, quo merum aliud factum deprehenditur, cujus facti reatus in ipsa sola externa actione consistit, ut est notorietas usurarii, aut concubinari, & aliud notorii genus, quo externa illa facta notarii contingit, quorum reatus ab interna etiam animi dispositione plurimum pendet; de quo quidem notorii genere nunc agitur. Alterum enim illud gravibus sane probationibus evinci debet, sed

alterum gravioribus, certioribusque argumentis probari oportebit.

Ea vero, quam supra innuimus, certitudo minime adesse dicenda est in aliis casibus, in quibus crimen innititur conjecturis, præsumtionibus, incertisque vocibus, quæ originem suam plerumque debent hominibus, aut malo animi affectis, aut qui præjudicatis opinionibus, vel partium studis dicuntur; quibus dum fidem habetur, satis compertum est, tum præteritorum temporum, tum ætatis nostræ experientia, quot modis homines errare, & falli, ac in transversum agi contingat.

Quia vero nonnulli animarum Pastores, Ecclesiæque Ministri, pietate, & zelo commendati, hujusmodi conjecturis, & præsumtionibus deferentes, dum ad sacrum Viaticum aliquibus ministradum advocantur, animo anxii hærent, verentes ne id propriæ sine conscientiæ periculo administrare non possint, certam subnectimus agendi regulam, quam sequantur.

Hoc itaque primum animadvertere debent, an scilicet ei, qui extremum Viaticum postulat, quum antea ad sacram mensam accederet, paschali præsertim tempore à loci illius Parocho ubi degebat, Eucharistica Communiõ administrata fuerit: si enim hæc illi in vita non fuerit denegata, argumento id erit, aut hominem illud ab omni labe immunem, aut saltem non vere notorium peccatorem reputatum fuisse, indeque sequetur, sacrum Viaticum eidem in exitu vitæ publice postulanti denegari non posse; nisi forte, postquam olim ad Eucharisticam mensam admissus fuit, & ante id tempus, quo postrema Sacramenta requirit, aliquid commisisse noscatur, quo publici & notorii peccatoris notam, juxta præmissa contraxerit.

Ubi autem ex hac facti specie certum ipsis non suppetat fundamentum, qui insistere valeant; aliunde vero validæ adversus ægrotum præsumptiones, & indicia gravia, & urgentia militent, ob quæ obortum sibi scrupulum rationabiliter deponere nequeant, in his rerum circumstantiis oportet eos remotis arbitris, ægrotantem alloqui, eique cum omni lenitate, & mansuetudine, non tamquam disputantes, eumque convincere volentes, ostendere, quæ, & qualia sint indicia, quæ suspectum reddunt ipsius vitæ tenorem, rogantes eum, & obsecrantes, ut resipiscat, in eo saltem temporis articulo, à quo æterna ipsius salutis sors pendet; eidemque præterea demonstrantes, quod, quamvis ipsi parati sint Sanctissimum Corporis Christi Viaticum ei ministrare, ac etiam re ipsa illud ei ministrent, non ideo tamen tutus in se erit ante tribunal Christi, sed potius novi, & horrendi criminis reum se constituet, ex quo iudicium sibi manducavit, & bibit, ceterum se non alia de causa Sacramentum Corporis Christi eidem ministraturos, nisi ut Ecclesiæ jubenti obtemperent; quæ præter eam, quam habet, curam, ut scandala publica antevertat, pro sua etiam pietate, ægroti ipsius infamiam præcavere studet, & idcirco eum à sacra mensa non repellit, dum ipsum, licet peccatorem in conspectu Domini reputet, non tamen in proprio tribunali publicum, atque notorium peccatorem agnoscit.

Hanc itaque judicandi, agendique normam oportet vos, venerabiles fratres, utpote Nostro, & Apostolicæ sedis iudicio prolatam, inferioribus animarum Pastoribus, cæterisque Presbyteris per civitates, & dioceses vestras Sacramenta legitime administrantibus, sequendam, & observandam proponere. Quod quidem iudicium super vigentibus controversiis à Nobis interpositum, & ecclesiasticis regulis nititur, & conciliorum olim in ipsis Galliarum regionibus habi-

torum decretis, & gravium ipsius nationis vestræ Theologorum sententiis fulcitur. Ut igitur vobis laudum fuit, illustrium prædecessorum vestrorum exempla sequendo, promotas istic controversias, subortaque dubia ad Nos, & Apostolicam Sedem deferre, certamque hinc regulam ad revocandam, tuendamque ecclesiarum vestrarum pacem exposcere, ita nunc officii vestri partes, vestraque simul apud Deum, & Ecclesiam merita cumulabitis, si suprascritam agendi methodum ab iis, ad quos pertinet, in occurrentibus casibus omnino servari curabitis. Quod Nos à Fraternalitatibus vestris eo fidentius expectamus, Nobisque pollicemur, quo magis Nobis ipsi conscius sumus, nihil diligentia, aut studii à Nobis prætermissum fuisse, sive in perpendendis, ac discutiendis articulis, quos Episcopi in præfatis Cleri Comitibus adunati, licet non unanimi sententia, proposuerunt, desumendisque ex ipsa eorum discrepantia notionibus, ad rem penitus percipiendam, rectoque iudicio definendam opportunis, sive in legendis, ponderandisque sententiis scito exaratis à venerabilibus Fratribus nostris hujus S. R. E. Cardinalibus, quorum hac de re consilia exquisimus, sive in ceteris omnibus exequendis, atque præstandis, per quæ divini luminis adiutorium, quod interim flagrantissimis votis implorare non prætermisimus, Nobis promereri possemus.

Neque vero dubitamus, quin carissimus quoque in Christo filius noster Rex Christianissimus, postquam susceptum à vobis consilium non solum probavit, sed etiam, ut supra innuimus, suis ad Nos datis literis fovere, & adjuvare non recusavit: pro sua perspecta in Deum, & ecclesiam religione, ac pietate validam Fraternalitatibus vestris opem præbere studeat, quo tam vobis, quam inferioribus Ecclesiæ Ministris, liberum & integrum sit, ad superius descriptam agendi normam sacrorum mysteriorum administrationem moderari. Qua quidem fiducia freti, Nos hic sermonem minime habendum existimavimus de reliquis Fratrum vestrorum articulis respicientibus Episcopalia jura circa eorundem Sacramentorum participationem concedendam, vel denegandam, & varias super hac re obortas controversias, sed potius cum ipso Christianissimo Rege per alias literas nostras agendum duximus, ut is sacra episcopatus jura sua, animi magnitudine, ac præstanti virtute, tueatur. Quod ipsum, & proprio, & majorum suorum more, facturum certo confidimus: ut nobilissimæ Galliarum Ecclesiæ, illius regio favore nostris, vestrisque studiis obsecundante, suum pristinum decorem retinuisse, & perturbatam ad tempus tranquillitatem cito recuperasse lætentur. In cujus optatissimi eventus auspiciis Fraternalitatibus vestris, cunctisque populis Pastoralis curæ vestræ concreditis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die decima sexta Octobris MDCCLVI. Pontificatus nostri anno decimo septimo.

Alia ad rem; Vide *verb.* Eucharistia, *verb.* Infirmus, *verb.* Moribundus.

* Juxta Rituale Romanum Pauli V. tit. de Commun. Infirm. non potest Viaticum ministrari de novo, nisi infirmus per aliquot dies supervivat.

Quæstionis propterea est, quot dies debeant intercedere? Sunt qui tenent, sufficere, quod intercedant duo dies, ea adducta ratione quod numerus pluralis contentus est duobus. (Lit. F pag. 11. num. 18. lit. T pag. 74. col. 2.) At dictionem aliquot importare majorem numerum duorum dierum, & saltem quatuor, tenet Romaguer. ad Sinod. Gerund. lib. 3. tit. 17. cap. 28. n. 38. *

Vi-

Leges Hispaniæ à Regibus tam Catholicis determinatæ non præcipere haud potuerunt, ut fideles omnes morti proximi sua confiterentur peccata, Sacrosanctumque Eucharistiæ Sacramentum reciperent, pœnas in eos decernendo, qui sine hoc pretioso Viatico, cum possent, ex hac vita migraverint (1) usqueadeo talis receptio commendatur,

(1) L. 5. tit. 1. lib. 1. Todo fiel Christiano al tiempo de su finamiento sea tenudo de confesar devotamente sus pecados, y rescibir Comunion del Sacra-

mento Santo de la Eucharistia, segun lo dispone la Santa Madre Iglesia; y el que no lo hiciere, y finire sin Confesion, é Comunion pudiendolo hacer, que pier-